



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolvtio Lvtheriana Svper Propositione Sva Tercia Decima De Potestate Papae

Luther, Martin

[Wittenberg], [1519]

VD16 L 5783

urn:nbn:de:hbz:466:1-32433



positiones de indulgentiis  
 Secundo de penitentia  
 Resoluciones Disputationum de indulgentiis  
 Ein Cerimon von dem Ablass  
 Verlegung & Singsels binden den selbigen Cerimon  
 Ein precher Martinus Martini  
 ala Salustia prioratus con rathh  
 Responso Martinus ad dyalogu Siluester  
 Resplura Siluester  
 Acta Martinus Auguste  
 Disputatio Etkij & pnd  
 Disputatio & responsio Martinus con quodam Etkij  
 De ratione disputandi Oratio Mosellorij  
 Tractatus septa ad durandam fidem & alia qd ad bnd  
 Resolutio sup ppe de peccato pape  
 Alia resolutio de ead  
 Resoluciones sup ppe de peccato  
 Oratio Io longij ppbat  
 Disputatio prima Etkij & Carlspadij de vaba  
 ad vabru p notandos  
 Disputatio secunda ead  
 Disputatio tertia Etkij & Martinus  
 Epistola philippi Melanctoni de ead dispu  
 Responsio Etkij con eptor philippi  
 Defensio philippi con Etkij  
 Concertationis Guavencij & Callary  
 Epistola Emperij ad Aggerontem  
 Ad Aggerontem Emperiam Martinus additio  
 De Venatione lutheriana

Solomonis doctoris Wittenbergensis  
Johannis cocceus Nulli Wittenbergensis &  
Nemid. Lipsiae & alia quaedam  
Contra malignum Jo. Eckii Audientium  
Ad Jo. Eckii Epistolam Martini super expungendo Ecclesia  
Appellatio Martini Lutheri  
Appellatio Pausen

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEOSTR. 21  
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz, Spz. Katalog 328.



RESOLVTIO LVThERIANA  
SVPER PROPOSITIONE  
SVA TERCIA DECIMA  
DE POTESTATE  
PAPAE.

781

L Othom Beckmann  
M  
p

AD LECTOREM.

Cogor ego solus fere mortaliū, disputatio nib<sup>9</sup> meis, aut nul-  
lū interferere paradoxum, aut mox simul effundere totū secretum.  
Adeo cæteri omnes, cū ambulent in mirabilibus super se, & non  
modo paradoxotata, sed & pseudo doxotata pposuerint, hāc ha-  
bent grām, vt longe distinguatur, inter ea quę sic ostentant, & ea quę  
plane in populo docent aut domi fabulantur. Vn<sup>9</sup> est Lutherus,  
qui & prouocat & virapitur, ad pugnam disputationē, & simul  
exigitur, dicere & rationē ante temp<sup>9</sup> reddere, aut ita dicere dispu-  
taturus, vt a cerdonibus quęq; intelligi possit, Quod si non fecero,  
mox hæreticus blasphemus scandalosus sum, sic mea habet fors,  
mi lector, Sed non timeo, donec Christus vixerit, qui simili imo  
maiore inuidia laborauit, cū suis diuinis paradoxis, superbos fals-  
leret, vt qui videntes erant cæcificent, quā tū nisi post ascensionem  
suo tempe per spiritū sanctū reuelare noluit. Ita sunt istæ meæ  
aduersus Iohan: Eccitū positę ppositiones, maxime tercia decima  
de pte Pape, vt superbiam inuidissimam, facie sua luderet, pfer-  
tim cū mihi rem fore cū lubrico colluctatore intelligerem. Quare  
te lector iudicem eligo, quisquis fueris, adeo nihil in hac pposi-  
tione periculi mihi timeo, quā ad veritatē attinet. Ceterū si inuidia  
aliud fecerit, suum opus fecerit, tu modo candide & libere iudica.  
VALE.

### ¶ Propositio Ecciana.

Romanam Ecclesiā nō fuisse superiore alii ecclesiis ante tempora Syluestri negamus. Sed eū qui sedem beatissimi Petri habuit & fidem/successorē Petri & vicariū Christi generalem semper agnouimus.

### ¶ Propositio Lutheriana.

Romanā Ecclesiā aliis ecclesiis fuisse superiore p̄batur ex frigidissimis decretis Romanorū pontificū cōtra quę sunt textus diuinę scripturę/historię approbatę mille centūq; annorū & decretū Cōciliū Niceni oīm sacratissimū.

Primū vides, lector, de reip̄a nos nō admodū dissentire, sed de causis & origine rei, nam nec ego nego Ro: Pontificē esse, fuisse, fore primū, nec de hoc disputo, nec hoc queritur, sed an p̄batio ea valeat, quibus id asseritur. Mihi sane, quod fateor, maxime oīm displicet, q̄ in Eccl̄ia aliquid asseritū, studio adulationis vel mendacijs p̄batur, quib⁹ ecclesiā & fidem nr̄am aduersarijs ludibrio exponamus. Nō eget ecclesia Christi nr̄is mendacijs, Super fidei petram stabilitur. Nō abhorret discuti & inquiri, inde factū ē vt Ro: pontificū adultores in hoc primatu, iam diu suspitionē tyrannidis passi sint, dū velut male fidei possessores, nō permiserūt, hui⁹ rei veritatē libere inquirere & disputare, q̄ in in omnibus etiam diuinis reb⁹ (mō primatū hūc nō tangerent) libētissime p̄miserūt.

Omitto itaq; Eccianā p̄positionē, quā vt inuidiose & subdole positam, me nō capere fateor, nā sine vlla causa hanc in publico mihi inuidiā mouit, cū hāc materiā in nullo meorū discorū, tractarim, sed adulator sua quesituit, etiā cū fratris sui pernicie, Deinde q̄ homo suavis, vicariū Christi & Petri successorē nō asserit, nisi & fidem habeat, In quo aut insanit, aut multos pontifices Romanos negat vicarios Christi fuisse, & fore posse, vt quos fidem habuisse nesciamus, atq; q̄ oīm intolerabilissimū est Ro: pontificib⁹, sanctitate & pietate necessarijs eos onerat, cū ap̄d n̄os ratur sit, etiā eius vicariatus & pontificatus, qui sine fide & sanctitate sit.

Sed age, lubricā hanc anguillā differam, & duo in mea p̄positione faciā. Primo, adducam firmamenta, quib⁹ primatus iste stabiliri fideliter posse, mihi videatur ita vt per ipsa etiā hereticis &



schismaticis efficaciter resisti possit. Deinde ostendā, q̄ nihil faci-  
ant decreta & p̄bationes, quib⁹ hucusq̄ nixi fuerūt, qui eundem  
primatū statuerunt.

### De Priore prius.

Primū, quod me mouet Ro: pontificē esse alijs om̄ib⁹, quos  
saltem nouerimus se pontifices gerere, superiorē, est ipsa uoluntas  
dei, quā in ip̄o facto uidemus. Neq̄ em̄ sine uolūrate dei, in hanc  
monarchiā vnq̄ venire potuisset Ro: pontifex. At uolūtas dei, q̄  
quo mō nota fuerit, cū reuerentiā suscipienda est. Ideoq̄ non licet  
temere Rho: pontifici in suo primatu resistere. Hęc aut̄ ratio tāta  
est, ut si etiā nulla scriptura, nulla alia causa esset, hęc em̄ satis esset ad  
compescendā temeritatē resistentiū, & hac sola ratione gloriosissime  
martyr Cyprianus, per multas ep̄as confidentissime gloriaē  
contra om̄es Ep̄os: quorūcūq̄ aduersarios, sicut, in. Re: legimus,  
Q̄ decem tribus Israel discesserūt a Roboam filio Salomonis, &  
tū quia uolūrate dei, sine autoritate factū est, ratū ap̄ deū fuit.

Nam & apud theologos om̄s, uolūtas signi, quā uocant op̄a-  
tionē dei, nō minus q̄ alia signa uolūtatē dei, ut p̄cepta, p̄hibita  
&c. metuenda est. Ideo non uideo, quō sint excusati a schismatis  
reatu, qui huic uolūtati contraueniens sese a Rho: pontificis au-  
toritate subtrahūt. Ecce hęc est vna prima mihi insupabilis ratio,  
q̄ me subijcit Ro: pontifici, & primatū eius cōliteri cogit.

Secūda. Si iuxta p̄ceptū Christi cedere aduersario iubemur,  
& qui angariarē nos mille passus, eundū est cū eo & alijs duobus  
millibus, q̄to magis, si Ro: Pontifex exegerit in suo principatu,  
cedendū, siue id iuste siue iniuste egerit. Nam incōpabiliter minor  
res est, principatus iste, q̄ ut ueritas & charitas & humilitas propter  
ip̄am per nos dissoluatur. Ideo nō dubito peccare eos, qui in dis-  
sensionē sese tradūt, & sp̄s eternā ueritatem, p̄pter hāc t̄palem ter-  
renam excellentiā fugiendā dissoluūt, ferenda em̄ sunt om̄ia, quę  
peccata non sunt.

Tercia. Q̄ si p̄pter peccata n̄ra, nos deus uoluerit premere  
multis principibus, sicut in p̄uerbijs dicit Salomō, Nūq̄ d resistē-  
dū est flagello dei, p̄pter peccata (inquit) populī, multū principes  
eius. Proinde, quā n̄m nō est diffinire, irata ne an p̄pitiā uoluntate  
deus, nobis quoscūq̄ principes dederit, hoc n̄m est, uolūtatē ei⁹  
pio, simpliciq̄ timore suscipere. Quo mō etiā si sub Turca nos  
esse uellet, Turco subesse libentes deberemus.

Quarta. Ro: xiiij. Ap̄tus dicit. Om̄is a n̄ia potestatib⁹ subli-  
mioribus subdita sit, nō em̄ est potestas, nisi a deo. Quęcūq̄ aut̄ a  
deo sunt, ordinata sunt, Itaq̄ qui resistūt potestati, dei ordinationi

resistunt, qui autē deo resistunt, ipsi damnationē sibi acquirunt.  
Hac certe oīm robustissima, quā ego capio, causa nos Ro: Pontifici subiecti sumus, in qua clare allert, Nullam potestatem ne esse quidē posse, nisi a deo. Cū autē Ro: pontificis potestas iam sit robustissime stabilita, ut videmus, certe oportet dei ordinationē hāc nō impugnare, Sed fr̄a c̄pta est, humiliter sustinere, etiā si iniusta esset, & iudiciū deo relinquere.

Quinta. Est beatus Petrus docens, ut subditi simus oīm humanę creature, quā sic est volūtas dei. At humanā creaturā vocat, magistratus hoīm arbitrio institutos, ut clarū est ex sequentibus, ubi dicit, siue regi tanquā p̄cellentī, siue ducib⁹, tanquā ab eo missis. Cū autē & Ro: pontificis potestatem arbitremur, humano decreto statuta, & ordinante deo sic roboratam, sine crimine nō est, qui se sua autoritati subduxerit.

Sexta. Ad hoc facit vnus ille consensus oīm fidelium, qui hodie sub Ro: pontifice sunt, Nā cū p̄tās illa sit res tp̄alis & longe submittenda vnitati fidelīū, non sine fedissimo crimine esse poterit, si propter rem tp̄alem, hunc tot fidelīū cōmunē sensum despexerit, hoc est Ch̄m negauerit, & Ecclesiā contēpserit. An possibile est, Christū non esse inter tot ac tantos Christianos. Si autem Christus sibi est, & Christiani, cū Christo & christianis standū est in quacūq; re, quę cōtra dei p̄ceptū nō fuerit. Hęc inq; ratio fortis est, & insolubilis, Et ex h̄s possunt multe alie formari, quin huc p̄t vniuersa scriptura duci, ut, quę ubiq; charitatē, humilitatē, vnitatē sp̄s, & timorem dei cōmendet, nō violandas esse p̄ vlla re mūdi, nedū pro vnus vno pontificatu vel primatu, etiā si solo iure humano esset institutus, Et hac ratione, ut mihi videor, longe meli⁹ stabiliretur Ro: pontificis monarchia, si volūtatē dei & consensus fidelīū, nō tm̄ subditi, sed & Ro: pontifices attendere & timere cogerētur, quę dū velut iure diuino teneāt, vi & terrore extorquēt, nō nisi odiū sibi accendunt in subditiis, & se per securitatem in tyrannidē paulatim cōfortant.

### De Posteriore.

Quę probationes hucusq; habite nihil sint, tripliciter ostendā. Primo scripturas aduētas dissoluendo. Secūdo Canonū seu decretalīū inefficacem p̄bationem. Tercio rōnes robustissimas adducendo.

Ad primū duę sunt autoritates scripturę / quibus creditū ē stabiliti primatus Ro: Ecclesię.

Primo adducitur illa autoritas Mat: xvi. Tu es petrus & super

hanc petram edificabo Ecclesiā meā. Et tibi dabo claves regni cęlorū &c. Ex hoc em̄ textu clamant Petrū solū accepisse claves, p̄ cęteris Apostolis.

Sed quo d hęc nihil faciant, probo.

Primū, q̄ ip̄imet Iuristę primatus huius assertores recedunt ab hoc sensu, & negant hoc verbo, Petro datā primatē consequēter & Ro: pontifici, sicut glosa in c. considerandū dist. I. Et Panor: de elect. c. significasti, vnde dicūt, Nō hoc v̄bo, sed illo verbo, pasce oues meas, Petro esse collatū pontificatum ecclesię. Si ergo ip̄is Iuristis licet negare tot textus expressos decretorū & dissentur oibus, q̄ dist. et. xvij. xvij. xix. xxi. xxij. tam copiose & pertinaciter, ex hoc verbo Matt. statuitur. Cur mihi nō liceat frigidissima decreta appellare Theologo, cū ea negare & annihilare liceat Iuristis? p̄sequantur primū seip̄os, maioris criminis reos, aut si veniā merentur, decretorū negatores & crassatores, sine peccato erit, qui inefficaces asserit, & frigidas decretorū probationes, Neq̄ em̄ ego ea negavi, sicut illi, sed frigere tm̄ ad probandū dixi, sicut re vera friget, nisi q̄ ad locupletā dū locū valent, exēplo corū, quę p̄ vim dicūt, & in alienā sententiā trahuntur.

Nihil ergo probatur hoc textu, a quo ip̄imet discedūt, nihil istis decretis probatur, quę ip̄imet negant, neutrisq̄ confidūt. Et mouentur ad hoc fatiā forti rōe, quę aduersarios reddat Inuictos, scz hac, q̄ Christ⁹ (vt etiā B. Hiero: eodem loco exponit) nō tradit Petro claves. Sed p̄mittit dūtaxat. Ideo currendū esse ad locū, in quo tradit claves. Et tūc inuenitur illud Iohannis vlt. q̄ nō ad Petrū, sed ad oēs dicit. Accipite sp̄m̄ sanctū, q̄rū remisistis peccata &c. Ex quib⁹ verbis liquet, nō solū, quibus in Petro claves p̄miserit (nempe toti Ecclesię) Sed etiā quid per claves p̄missas intelligi velit, nempe remissionem & retentionem peccatorū.

Secūdo, q̄ idem verbū Christi, male decreta aptant, soli Petro & Ro: pontifici, Nā apud sanctos patres, Christus hoc verbū dixit ille ad ecclesiā & omnes Ap̄los in persona Petri asseritur, Quorū primus est d. Hierony: qui hoc loco interpretatus verbū Petri, dicit. Petrus ex persona oīm Ap̄lorū confitetur dicens. Tu es Christ⁹ filius dei viui, Et in hoc sequitur suū (vt solet) Origenem, qui idem eodem loco sentit.

Chrysostomus autē & si hūc locū totū in petri laudē trahat, dicens eū Caput & pastorē constitutū ecclesię future, & toti orbi p̄positū, tm̄ & ipse, vocat eū os Ap̄lorū quod vice oīm responderit, dicens Petrus oīm Ap̄lorū os, vertex consortij totius, cū omnes interrogati essent, ipse sol⁹ responderet. Ergo non ad solū petrū ille

vide glo. in ten. xix  
dist. m. s. Ma. d. m. g.  
v. m. v. e. b. d. s. f. p.  
Sunt petra in ubi  
dicit p. sunt d. m. g.  
no. r. d. d. m. g. a. h. u. d.  
d. m. g. p. q. d. s. t.  
v. e. b. a. q. p. r. o. t. i. s. s. i. p. p. o.  
d. i. s. t. d. m. g. d. m. g. m. g.  
d. i. s. t. t. u. e. c. h. a. p. p.  
f. i. l. i. u. s. d. e. i. v. i. u. i. q. d.  
s. u. p. i. l. l. o. m. e. m. b. e. l. o.  
f. i. d. e. i. f. u. n. d. a. t. a. e. s. t.  
e. n. t. i. a. q. d. s. u. p. p. e. p. e.  
f. u. n. d. a. m. e. s. t. s. u. p. p. e.  
e. n. t. i. a. q. d. s. u. p. p. e. p. e.  
v. i. u. e. a. h. y. g. l. o.  
p. l. u. s. e. m. e. m. b. e. l. o.  
s. u. p. i. l. l. o. m. e. m. b. e. l. o.

locus pertinet, sed ad omnes, etiã si primus & princeps inter Ap'los ipse fuerit.

B. Aug. ps. cvij. sicut quedã dicuntur, q̄ ad Ap'lum Petrũ proprie pertinere videant, nec tũ habent illustrem intellectũ, nisi cum referuntur ad ecclesiã, cuius ille agnoscitur in figura gessisse personã, ppter primatũ, quem in discipulis habuit, sicuti est, Tibi dabo claves regni celorũ, & si qua hmõĩ. Ita Iudas personã sustinet quodã modo inimicorũ Christi &c. Vides q̄ Claves Ecclesie, in persona petri datas asserit. Idem li. i. de doct. Christ. c. xvij. has igit Claves dedit ecclesie sue, ut q̄cũq; solueret in terra, soluta essent & i celis.

Et cur non nos ipi potius textum & verba Christi consideramus, qui nos clarius per seipsum instruet?

Dicit itaq; venit Ihesus in partes Cesareꝝ Philippi, & interrogavit discipulos suos. Quẽ dicunt homines esse filium hominis? &c. vbi significãter. B. Hiero: dictũ obseruat, aliter Chrm interrogasse de se, qn hominũ, aliter, qn Apostolorũ sententiã quæsiuit, illos vocat homines, hos aut deos esse significat. Deinde de hõibꝯ querẽs, filium hominis se appellat, velut vago nomine. At Apostolos q̄res, me, inquit, certam & singulatẽ personam monstrans. Atq; vbi de hominibus q̄rit, nullus designatus discipulus respõdet. Ad significandũ, q̄ sine nomine sunt, qui indigna de filio deifensunt. Quibus adde, & hoc, q̄ opiniones inconstantes sunt hominũ de Christo. At vbi Ap'los de se interrogat, ibi signatus vnus certus responderet, & cõstantem absoluit & pronũciat fidei cõfessionẽ, ut veram Christi cognitionem, in vnitate & firmitate consistere, non multorũ opinionibus velut arundinẽ agitari doceret. Vides ergo adhuc nihil ad petrum pprie pertinere, nisi q̄ cõmune organũ est omnium Apõstolorũ.

Iam illud vide, qd̄ & a laicis obseruatũ ipse didici (est em̄ etiã in laicis spũs Christi) verbũ hoc Christi non posse ad solũ petrum, dictũ intelligi, Quia Christus nõ solũ Petrũ, sed omnes Ap'los respõdendo, dicens, vos aut quem me esse dicitis? non dixit, Tu Petre, quẽ me esse dicitis? Nisi ergo per petrũ, omnes discipuli respõdissent, certe discipuli nõ fuissent, nec magistrũ audissent, nec satisfecissent interroganti, qd̄ est impiũ de Ap'lis sentire. Relinquitur ergo q̄ Christus respõsum Petri acceptarit, nõ pro solo petro, sed pro toto collegio Ap'lorũ & discipulorum, Alioquin & aliq; quoq; denuo interrogasset. Ex quibus vterius sequitur. Q̄ sicut Christus personam respondentis petri pro omnibus acceptat, Ita sequenter quoq; non ad solum petrum, sed ad omnes, quorum

persona Petrus loquitur, dicat. Tu es Petrus, tibi dabo claves &c.  
Alioquin scriptura nō recte intelligitur, nisi p̄cedentia & sequētia  
recte conferantur. Atq; vt hoc eo sit certius, nō soli Petro a Ch̄o  
aliquid dictū esse, Exponit seipm̄ Ch̄us, cui loquatur, & cui tradat  
claves, dicens. Beatus es Simon Bariona, caro & sanguis nō re-  
uelauit tibi, sed pater meus qui est in c̄lis. Obsecro, quid hic  
pōt cōtrahere fingi: quid aperti⁹ dici, q̄ q; Petrus in hac persona nō  
est petrus, non est caro neq; sanguis: Sed est is cui reuelat p̄, oībo  
Petrus extra hominē ponitur, & iam nō est villa persona per se, sed  
reuelantis patris auditor. Nō Simon Bariona, hęc respōdet, Nō  
caro & sanguis, sed reuelationis paternę auditor, Pōt ne hic calū-  
niator vllus verbū Christi ad Petrū hominē torq̄ret: Quid ergo  
is qui auditor est paternę reuelationis, huic dātur claves, nō Petro,  
non filio Iohannis, nō carni & sanguini, qđ si ita est, pronū iam  
sequitur, qđ nulli priuato homini datę sunt claves, sed soli Ecc̄iæ,  
quia de nullo priuato homine certi sumus, habeat nec ne reuelas-  
tionē patris, Ecclesia autē ip̄a est, de qua dubitari non licet, cum sit  
corpus Christi vna caro, eodem spiritu viuens, quo Christus. Ip̄a  
est petrus ille auditor reuelationis, & acceptor clauium, quia hic  
symbolū stat firmiter. Credo Ecclesiā sanctā, cōmunionē sancto-  
rū, Nō vt nūc aliqui somniant, Credo Ecclesiam sanctā, esse plātū  
vel aliud qđ fingunt, Totus mundus confiteatur sese credere Eccle-  
siam sanctā Catholicā aliud nihil esse, qđ cōmunionē sanctorum,  
vnde & antiquitus articulus ille, sanctorū cōmunionē, nō orabat,  
vt ex Ruffini symbolo expōsito videre licet, sed glossa aliq̄ forte,  
Ecclesiam sanctā Catholicā expōsuit. Cōmunionē sanctorū, qđ  
successu ip̄is in textū relātū, nūc simul oratur. Sed o necessarium &  
optabilissimū factū p̄pter eos, qui Ecclesiā hodie quiduis vocāt,  
q̄ cōmunionē sanctorū.

Sequitur autē. Et super hanc petrā edificabo Ecclesiā meam.  
Si per hanc petrā intelligimus p̄tatem Papę, vide quid facimus.  
Primū sequitur, qđ Ecclesia primitiua Ap̄oꝝ nō fuit Ecclesia, qđ  
petrus (vt solidis probē argumentis) anno decimo octauo adhuc  
fuit Hierosolymis, necdū viderat Romā, quod ex Paulo ad Gala-  
tas clarū sit. Qui scribit se post conuersionē suā abisse primum in  
Arabia, deinde post annos tres venisse Hierosolymā videre Pe-  
trū. Ac postea post quattuordecim annos ascendisse, & contulisse  
cū Iacobo Petro & Iohanne Euangeliiū p̄putij. Quis autē ita insa-  
niat qđ vel Orestes, Ecclesiā Hierosolymitanā & Catholicā, non  
fuisse Ecclesiā, quia p̄tās Ro: Ecclesię nondū fuit, nec forte fides ei⁹.  
Nō ergo supra petrā, id est potestatem Ro: Ecclesię, sicut decreta  
quędam

quædam exponit, sed supra fidem a Petro, totius Ecclesię psona, confessam, edificata est, cū & vniuersalis & Catholica Ecclesia tãto tpe ante Ro: ecclesiam fuerit.

Vterius, Matt. xviii. in plurali nũero dicit, nō ad Petrũ, nō ad Apłos, sed ad ecclesiã, dicens. Si Ecclesiã nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, Quęcunq; ligaueritis super terrã, ligata erunt & in cœlo. Accede nũc, qui vales, & hũc cū illo loco cõfer. Ille sonat, soli Petro datas clauẽs, hic negat, & nō soli datas asserit. Quõ vtrũq; stabit. Concordãdũ vtrũq; est vtrũq; verbũ, qđ idem Christus dixit. Si soli Petro collatę sunt, mendaciũ est, qđ hic dicit omĩbus collatas. Quis aut̃ nō videat, hũc posteriorẽ locũ esse interpretẽ prioris, & in hoc rem esse dare expositiã, illic vero in Petro vnitatẽ multorũ in ecclesia cõmendatã? Quin vide quoddam mirabile, illic, incipit ab omĩbus, dicens, quẽ vos me esse dicitis, & finit in vno petro, dicens, Tu es, & tibi dabo. Hic contra, incipit ab vno dicens, Si peccauerit in te frater tuus, &c., & desinit in omĩbus, dicens, Quęcunq; ligaueritis &c. Nonne clarũ est per vnũ petrũ illic, idem voluisse, qđ hic per vniuersos, & clauẽs nō esse vllius hominis singularis, sed Ecclesię & cõmunitatis, vt firmũ sit, sacerdotem non suo iure, sed ministerio (quia Ecclesię minister est) Ecclesię clauibus vti, nec tanq; suis aut sibi, sed Ecclesię traditis. Credo iã hęc forme, fidẽ factũ ra, hanc Mathçi autoritatẽ, neq; ad Petrũ, neq; ad successorem, nec ad vnã aliquã Ecclesiã, sed ad om̃s Ecclesias pertinere. Quia quis poterit negare, Illi esse clauẽs traditas, q̃ reuelante p̃re Ch̃m confitetur. Quo posito, necesse est, vt vbi sit reuelatio p̃ris & cõfessio Christi, illic & clauẽs. At hęc, in qualibet Ecclesia est, nō aut̃ in vllõ vno singulari & incerto hoie. Quod, vt Christus nobis cõmendaret, statim post gl̃osã istam Petri cõmendationẽ, cū eũ Petrũ prohibuit, ne moreretur, audiuit. Vade post me Satana, non em̃ sapiẽs ea, quę dei sunt. Quid hoc est? non sapiẽs quę dei sunt. Nonne p̃ reuelauit ei? Si hęc ante cõmendationẽ Petri facta fuissent, aliquid momenti haberet, petrũ p̃ sua & successore aut vniũs Ecclesię psona fuisse cõmẽdatũ. At nũc cū post cõmendationẽ vituperet, vt ignarus dei, clarũ sit, illum superiorem petrum, qui clauẽs accepit, nō fuisse petrũ filium Bariona, sed Ecclesiã filiã dei, quę verbo dei genita, verbũ dei audit & confitetur perseueranter in finẽ, non aliquõ non sapiẽs quę dei sunt, & retro abire iussa sicut Petrus. Aut si hoc ad Ro: pontificem & Ecclesiam pertinet, qđ ad petrũ dicitur. Tibi dabo clauẽs. Iam irrefragabili quæla etiam ad eandem & illud pertinebit, Vade post me Satana.

B

Nō em̄ fapis q̄ dei sunt, quia & hęc ad Petrū Ro: Ecclesie futurum Ep̄m dicta sunt. Aut si hęc nō ad se pertinere putant, iam nulla ratione cōvincere possunt, ea q̄ superius dicta sunt, ad se pertinere.

Sed age latius. Si oīno ad rigorem istū grāmaticū se recipiunt, qđ soli petro dictū est. Tu es Petrus, tibi dabo claves &c. Quōres sistemus hereticis, si qui hoc nōo rigore verborū nixi, nos vrgeant & dicāt. Esto ad solū petrū hęc dicta sunt, ergo non ad successorē, ergo Ecclesie claves cū petro venerūt & abierūt, vbi ergo nūc Ecclesia: Nō em̄ ad plures pertinere pōt, qđ ad vnū dicit, sicut ille. Cū iunior esses cingebas te &c. qđ ad solū petrū ita dictū est, vt cū petro impletū & finitū sit, ad nullū successorē eius pertinens.

Si autē ad successores & aliquā ecclesiā dictū est, iam nulla rōne prohiberi pōt, quin ad om̄s dictū sit, imo necessaria rōne, ad Ap̄los om̄es, qui p̄sentes erāt, magis q̄ ad vnū petri successores, q̄ nōdū erant dictū accipietur. Quia si ad oēs Ap̄los, iā etiā ad oīm Ap̄los & nō vnus Ap̄li successores dictū intelligitur.

Sed respondeat tū mihi qui pōt. Quis nā credendus sit habere claves, etiā in Ro: Ecclesia: An ipsa ecclesia vel Papa: & attende qđ dico. Quā Papa eligitur, an secū affert claves vel non? Si affert, ergo erat Papa, anteq̄ eligeretur. Si nō affert, a quo accipit: nunquid ab angelo de celo: nōne ab Ecclesia: Item quā Papa moritur, cui relinquit Claves: aufert eas secū: Si nō aufert, cui relinquit nisi ecclesie, a qua accepit: Quid igitur pōt dici contra hanc euidentissimā experientia, optimā Euangelij interpretem, Claves nec petro nec successori, sed soli Ecclesie datas, a qua tāq̄ minister accipit vsurus eis sacerdos: Vbi nūc est qđ soli petro dictū esse putatur, Tibi dabo Claves, imo vbi nūc ē qđ soli Ecclesie Ro: claves datę sunt: Necessē est, vt in qualibet Ecclesia claves sint, vt dixi supra.

Adhuc vnū dicā, & vtar Ap̄li Pauli argumento Ro: iij. vbi p̄bat ex circūstantia t̄pis & facti Abrahā, nō ex circūcisione, sed ex fide iustificatū, nulla alia rōne vsus, q̄ q̄ Abrahā ante circūcisionē fuerit iustus ap̄ deū per fidem. Si hoc eius argumentū valet, sicut necesse est valere, Necessē erit & hoc valere, qđ nūc p̄duco in hūc modū. Petrus quā claves accepit a Christo (si oīno personam eius solā cōtendis accipere) nōdum erat Ep̄us vr̄bis Romę (imō p̄prie nūq̄ fuit Ep̄s vllius ciuitatis, sed Ap̄lus ep̄iscoporū institutor, maior oībus Ep̄is) Sed erat vnus inter Ap̄los, Ergo claves nō sunt ei datę, scđm qđ postea, vel factus, vel mutatus est, vel loco, vel officio, sicut Abrahę non est iustitia reputata, qualiscūq̄ post fidem fact⁹ est. Sed put fuit Ap̄lus tū, & p̄sentim habens par̄is res

uelationē, Quare prorsus nihil hęc autoritas ad Ro: pontificem  
pertinet, etiā si soli Petro dicta fuisset, q̄to nūc minus pertinet, q̄n  
nec soli Petri personę dicta conuincitur.

Addo & aliud similis formę argumentū, quo Paulus Ro: iij.  
& Gala: iij. vtitur, dicēs, Q, sicut Abrahę ex fide reputata ē iustitia,  
Ita & omnib⁹ qui credūt reputabitur iusticia. Quare & hi sicut  
Petro habenti reuelationē patris, & Christū cōfidenti, clauē danē,  
Ita necesse est, omni similiter cōfidenti & reuelantē habenti Cla-  
ues donatas esse, quod nullę nisi Ecclesię, i. cōmuniōni sanctorū  
conuenire potest, cum nullus singularis fidelis, cōstanter & certo  
ac perseueranter habere possit hanc confessionem, cum nec Petrus  
ipse in eadem perseuerauit, quin non modo aliq̄n, sed mox post  
acceptas clauē errauit, Et tñ non sunt ei clauē rursus ablatę, quia  
non i sua sed Ecclesię persona eas accepit. Q̄ si hęc argumen-  
ta non cōcludūt, nec illa Apl'i Pauli, quę allegata sunt.

Verū vt opinio nē contrariam penitus iugulemus, Age, si ista  
verba, Tibi dabo clauē &c. ad petrū & successorem eius pertinent  
necesse erit, vt & præcedentiā & sequentiā, ac vi sententię coherentia  
ad eodē pertineant, non em̄ in sacris Euangeli j verbis admittē-  
di sunt, qui pro arbitrio sensus sui, partem huc, partem illuc tor-  
quent & rapiunt, sed ex consequentiā sensus & verborū & ex circū-  
stanti j, intelligentiā referenda est, iuxta Hilari j documentū. Cum  
itaq; Christus, clauē noluerit tradere, nisi prius oib⁹ discipulis  
de sui confessione exploratis, deinde, non nisi accepto & appro-  
bato responso Petri ex reuelatione patris, loquentis. Clarū est  
Clauē non esse, nisi eius qui talis est, qualis tñc Petrus fuit, Quo  
sequitur, absurdissima absurditas, q̄ malus Papa v'l Ep̄us, nō esset  
Papa nec Ep̄us, quia non haberet fidē quę constituit acceptorem  
clauū. Deinde sequitur contra textum & sensum eorum, q̄  
nec petrus clauē acceperit aut retinuerit, Quia Christus dicit, q̄  
portę inferi nō preualeant aduersus, vel Ecclesiā vel fidem, quam  
tñc Petrus tenuit. At contra Petrū præualuit etiā ancilla hostiaria.  
Si itaq; illorum sententiā staret, necessaria oīno sequela sequetur,  
Aut Romanos & om̄es pontifices oportere esse sanctos, & habere  
patris reuelationē, nec esse carnem & sanguinē, Aut eos non esse  
pontifices, nec habere clauē. Nec video quid cōtra hęc dici possit,  
cum sit tam clarus textus, q̄ Clauē sunt datę, non nisi ei, qui car-  
nem & sanguinem non audit, sed patrē celestem, hoc est sanctū &  
iustū in spū, Alio quin oīs pōtēx est Satanas nō sapiēs, q̄ dei sūs.  
B ij.



At si hoc dicimus, iam hæreticorum nouorum & antiquorum doctrinarum errorem renouamus, qui malum Episcopum, non esse Episcopum præasserunt, quod absit a nobis, quod sancte & iuste Ecclesie, ministrum impium & malum esse posse confitemur. Ita fit, dum per hæc verba, volunt ex Romano pontifice, solum & omnem, & vniuersalem pontificem facere, nullum pontificem nobis relinquunt, ut videant, quo stipendio scripturas violentent adulatores & ambiciosi. Reliquum ergo est. Euangelium hoc loco, nec ad Petrum, nec ad successorem eius, nec ad vllum Episcopum aut vllum hominem singularem pertinere, sed ad communionem sanctorum, quæ est Ecclesia, hæc deinceps potest datus committere, tum digno tum indigno, indigno inquam, coram deo, quia nescit vtrum dignus sit deo, alioquin non nisi digno, coram hominibus committere debet. Quare satis patere arbitror, quoniam decreta quædam hunc textum, ad Romano sedem & pontificem trahunt, non modo frigidissime (quod modeste dixi) sed etiam contrarie sensui Euangelio verbum Christi tractare, quod clarius faciemus, quando ea inferius examinabimus. Interim de hac autoritate, satis sit in summa dictum, Quod si cui clauis arrogatur, huic necessaria quoque esse fides Petri, Quod si fides Petri necessaria esse negabitur, eadem ratione, negabitur & clauis esse ei datas, cum vtrumque copulet & exprimat, imo fidem magis & primo querat Christus. Quare non nisi de Ecclesia Christum esse locutum, clare intelligitur, nec de vna aliqua, sed de qualibet in qualibet parte mundi.

Secundo adducit illud Ioan: vltimo. Simon diligis me, pascere oues meas. Hoc enim quia ad solum petrum dictum putatur. Ipsum super omnes constitutum arbitrantur. Verum quod & hæc nihil efficiat ostendo. Primo, quia certissimum est, a petro nullum Apostolorum esse vel creatum vel missum, quare nec verum nec possibile est, Petro omnes oues esse commissas, sed generali sententia omnibus dictum, pascere oues meas, Non enim dicit omnes, sicut ad omnes Apostolos dicit. Ite in orbem vniuersum & docete omnes gentes. Verum ego non possum satis admirari, quod tot ac tanti viri, contra tam expressas scripturas, tam euidentes experientias, omnes oues petro arrogat, qui tamen vniuersim confiteri coguntur, singulos Apostolos in suas sortes esse missos, & Paulum de cælo in Apostolatum gentium vocatum, in quibus omnibus, quod petrum adhuc omnem pastorem asserere audemus. Qui nullum illorum misit, præsertim Paulum, ut ad Galatas, multis verbis contendit. Sunt hæc tam aperta, ut confutatione opus non videatur, Illi, inquit, Marcus, presbyteri predicauerunt vbi que.

Sequitur ergo, vel Petro & successori suo non esse omnes Christi

oues commissas, aut oues, quas non Petrus, sed Paulus & ceteri Ap[osto]li pauerunt, ad oues Christi non pertinere, quo quid blasphemius? Ergo Corinthij, Galatę, Philippenses, & alię gentes, quia nec pascente nec pastores mittite Petro, pasce sunt, oues Christi intelligēdę non sunt, sed quid moror in re tam aperta?

Si dicis, At verbū Christi ad solū Petrū dicit, pasce oues meas. Respondeo, non dixit omnes oues meas, Alioquin peccasset Petrus, si non omnes pauisset solus, sine ceteris Ap[osto]lis, peccaret etiā hodie Ro: Pontifex, quod non pascat nec pastores mittit ad Turcas & alias prouincias.

Quin aliud dicā. Ex isto verbo nihil potest cogi aliud, quā ut Petrus pasceret oues, quę fuerūt ex ouili Iudęorū, & sic nihil ad eum pertinet, nec ad Romanū pontificē & successorem eius, aut non ad solū eū pertinet. Quod ex Ap[osto]lo Paulo Gala. ij. probō, ubi Petrum vocat Ap[osto]lū circūcisionis, & se Ap[osto]lū gentiū. Ergo, si quis pertinax esset, nullā vi possit cogi, hoc verbo Christi, aliud intelligi, quā pasturā ouīū quę fuerūt ex circūcisione. Aut si extenditur ad Ro: Pontificem, iam nec prohiberi potest, quin ad omnes pertineat, & extendi pari negotio ad omnes queat.

Secūdo. Ego rogarem, ut adulatōres Ro: pontificis omitterent hoc terribilissimū verbū allegare, p[er] statuendo primatu eius, neque enim terribilius ego verbū in sacra tota scriptura legi, quā Ro: pontificem, & omnē pontificem magis terrere possit. Primū. Quia pascere, non significat id quod esse primū aut principem, ideo ex ipso nihil aliud probatur, quā quod Ro: Pontifex debet predicare, docereque verbum dei. Quod si hoc debet, iam ei deponendus est, totus iste primatus, die & nocte in literis sacris ei versandū, pure orandū, pisculis & morti p[er] verbo laborandū, breuiter, tota Roma, ut hodie est, longe in aliam faciem mutanda. Desinat ergo, propter deū Verba Christi spūalissima, suis cupiditatibus aptare.

Hęc enim si Ro: pontifici aptantur, sequitur irrefragabilitē, docet at verbū. Aut si non docet, nihil ad eū pertinet.

Verū magis obserua, Christus non imponit pasturā Petro, nisi prius diligat. Obsecro te, quid hoc est? Nonne sequitur, quod si non diligit, non sit audiendus? At quis nos certos faciet, de amore pastoris? Dubitabimus ergo quē nā audiamus? Nā si audire nobis pastorem necesse est, etiā illi amare Christū necesse est, aut si amare Christū non est necesse, nec audire pastore necesse est, cum utrumque Christū copularit, nec pasturam nisi amant commiserit, quid hic faciemus? Scio quod si recte pensaret hoc verbū quilibet Episcopus, desperaret se mediū vniuersitatis pascere posse.

Igitur hoc effecimus, q̄ ista autoritate nihil probatur, nec valet ad probandū primatū, si autē aliquid valet, tunc hoc vrgebit, nō esse Episcopū in Ecclesia, qui non doceat, nec docere aliquem debere, nisi diligat. Hoc inq̄ & non aliud ista verba concludunt, nisi noua Grāmatica vsq̄ dicas, Si diligis me, pascue oues meas, idem sit quod, si diligis te, esto primus super Ecclesiam totam.

Rectius ergo facies, si hoc verbū Christi, accipias pro exhortatione, in iūo p̄cepto, non quo oues ad subiectionem, sed quo pastores ad diligendū Christū & pascendum populū astringantur. Porro dilectio Christi (vt B. Aug: hic exponit) etiam mori pro ouibus Christi requirit.

Atq̄ vti nā hoc verbū ad se pertinere crederent Ro: pontifices. Hæc est em̄ totius orbis querela, q̄ dilectionē & doctrinam alijs relegantes, ad se nihil putant pertinere, intelligūt em̄ hæc verba ad populū pertinere, vt per quē cogere ad subiectionē omnes volūt, & in pascua & auditum verbi (quod verba sonant) nemo vocat. O foelix ambitio, si quis vsq̄ inueniretur, qui oīm pastor esse ambiret, quis hunc non libentissime admitteret? Nunc autē libenter permittunt cuiuscūq̄, diligendi & pascendi officiū, sibi vero titulū diligendi & pascendi, & quę titulū sequuntur, lucra, scz & honores, reseruant. Desine itaq̄ a verbis Christi torquendis, quia ea quę per hoc pontifici tribuis, penit⁹ auferunt & om̄a ea imponunt, q̄ non tribuis & ille q̄ maxime abhorret.

At dicis, pascere nō potest, nisi sit superior. Ergo licet non faciat officiū pastoris, non per hoc superioris amittit locū. Respondeo, quid hoc ad me? Quære ergo alia verba, quibus locū p̄tatis asseras, hæc verba aut amantē & pascentē requirunt, aut prorsus nulli cōueniunt, nisi iterū noua latinitate, diligere plus his accipias. Pro eo, quod est, p̄esse cæteris oibus. Et pascere, oīm iura & opera possidere. Proinde nihil mirū si primatū tanto estu quærūt, quē si verbis in suo significato acceptis, gerere deberent, nec deū ipsum pro premio essent expectaturi, vides ne ergo, qd sit illudere scripturas seu vt modestus dixi, ex frigidissimis decretis, primatū hunc probare?

Sequitur ex ijs, q̄ p̄esse cæteris, & nec diligere nec pascere, nō ē Euangelicū neq̄ Christianū officiū, sed mūdānum & humanum.

Dic nōhi, si subditi erecti aduersus pontificē, dicerent, nolum⁹ te audire nec habere pro pontifice, quibus velles verbis cōpescere? Nunquid his, pascue oues meas? At ipi dicēt, qn̄ autē pascis? qn̄ diligis? vbi op⁹ & res huius verbi? Ergo alio verbo cogendi essent.

non isto. Quare sequitur quoque, quod his verbis, nec vlla potestas, nedum primatus committitur, sed potestatem habenti, officium diligendi & docendi imponitur, sicut Petro iam in apostolatum vocato, haec dicuntur.

Dicis autem,

Sufficit quod per alium doceat & diligat, non est necesse ut per se solus faciat. Respondeo, admitto, sed hoc isto verbo Christi non traditur, Et alio verbo, hanc licentiam astrui oportet, hoc verbum insuperabiliter concludit, Aut pastores esse debere, etiam per se ipsos amantes & docentes, Aut si non per se ipsos amantes & docent, nihil hoc verbum ad eos pertinere. Atque ita nihil probatur ex ipso pro Monarchia Romana, sed potius contra pugnatur, cum tot amari & pasci ab uno sit impossibile.

Videmus quidem officium diligendi & pascendi a pontificibus Romae: tradi Episcopis, retento titulo pastoris & amatoris, & Episcopi eodem nomine seruatim tradit curatis, Curati capellanis, nomine per omnes transit & heret, officium transit, & in nullo heret, Sed & fratres mendicantes sumpto ab illis officio strenue eos imitantur. Maiores & Magistri officium docendi fratribus terminariis imponunt, ipsi nomine officium continent. Adeo molestum est verbum dei docere, diligere & pascere propter quod unum filius dei venit in mundum, misitque Spiritum sanctum, & omnia fecit, ut officium hoc esset officiosissimum.

Quod si satis est per alium docere, quid amplius facit Episcopus quam laicus? Nonne vel Turca potest iubere aut permittere, ut alius diligat ac pascat? Quid ergo necesse fuit Petro tot vicibus repetitis mandare hoc officium, & tam instanter urgere? Est iste modus Evangelij interpretandi, Pisce oves meas, id est, permitte, iube, ut alius pascat. Si ille alius item per alium pascat, & tertius per quartum, ac sic sine fine usque ad neminem, ubi manet verbum Christi? Aut qua decentia, ceteri sequaces pascant, quam primo res & qui plus illis debent, non pascunt? Cur Christus non fecit idem? cur Petrus non etiam ociatus per alios pavit?

Igitur. Si ista verba ad pontificiam potestatem cogas seruire, in neruis res tua ibit. Et concludes a tempore Gregorij Magni, non fuisse pastorem in Romana Ecclesia, hic enim fere vltimus est eorum, qui sacras litteras tractauerunt. Quare si gloriaris diuinitatem esse Petro, diligis me plus illis, bene, fac hoc & viues, dilige plus ceteris, pascce plus ceteris, Et induentur vrietes ouium, & valles abnudabunt frumento, clamabunt, & hymnum dicent. Quod si per diligere plus his intelliges, maiorem te alijs esse, iam verbo Christi alienam intrudis intelligentiam, Non enim aliquid iubetur subditis, per haec verba, sed Petro, Non dicite, Estote oves sub Petro, sed Petre pascce oves, Et tamen illud volunt, hoc nolunt.

Credo itaq; manifestissimū esse, has duas Euāgelij autoritates, nihil ad rem facere, & frigidissimū atq; inefficax esse, quicquid huic usq; per ipsas in hac re formatū est.

Ex ijs iam facile est decreta ipsa iudicare, q̄ infirmiter sua probent. Qd̄ vt clarū faciā, aliquot adduco.

Primus est Leo. dist. xix. c. Ita dñs noster, inquit, Ihesus Christ⁹, humani generis saluator instituit, vt veritas, quę antea, legis & prophetarū præconio contineretur, per tubam Ap̄licam, in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptū est. In omnē terram exiuit sonus eorū & in fines orbis terrę verba eorum. Sed huius muneris sacramēta, ita dñs ad oīm Apostolorū officium prinere voluit, vt in beatissimo Petro, oīm Apostolorū summo principalit̄ collocaret, vt ab ipso, qualia quodā capite, dona sua velut in corpus omē diffunderet, vt ex ortem se intelligeret diuini mysterij esse, quia Petri soliditate recederet, hæc ille.

Quis obsecro, non videt, sanctū & eruditū hunc virū, humana pallum? Nā si per soliditatem Petri intelligit, fidem qua pet⁹ Christū confessus est. Matt. xvi. recte & Euāgelicę dicit. Hæc em̄ fides est petra, a qua petrus nomen habet. A qua qui recesserit, merito exors est diuini mysterij. Verum si per soliditatē petri, intelligit Iurisdictionē & potestatem petri & Rho: pontificis, quilibet facile capit, q̄ verbo Euāgelij abutitur & fallitur. Nonne omnes Ap̄li fuerunt in soliditate petri, & tñ sub Romana Ecclesia nō fuerunt? Sanctus Stephanus & alij a Paulo p̄secutionē passi, in soliditate petri fuerunt, anteq̄ Romana Ecclesia fieret.

Deinde eadem, humani affectus labilitate, dicit in Ap̄to Petro principaliter collocatū munus docendi, trahens ad singularē petrum, quod p̄pheta plurali & indiscreto nūero dixit, Sonus eorū & verba eorum.

Sed & hoc manifeste falsum est, quod pet⁹ caput sit toti⁹ corporis, a quo dona sua Christus in omne corpus diffundat, nisi intelligat partem Ecclesię, quę docēte petro erudita est, vt est latina & occidentalis Ecclesia. Nam etiam per alios Apostolos, præsertim Paulū, dona sua diffudit in multo plures, q̄ per petrū, vt mihi miraculū sit, tam profunde hui⁹ pontificis mentē fuisse occupatam, vt hæc scribens, non meminisse potuerit Pauli & aliorū Ap̄lorū, Si ergo dixisset, p̄ quē dona sua in corpus diffunderet, recte dixisset, sed in omne corpus, nimis dictum est.

Sequitur idem Leo, Hūc (petrū) em̄ in consortium induidę vnitatis assumptū, id qd̄ ipse erat voluit nominari dicendo,  
Tu es Pet⁹

Tu es petrus, & super hanc petra edificabo ecclesiam meam, ut aeterni templi edificatio mirabili munere gratiae dei, in petri soliditate consisteret.

Iterum per soliditatem petri, non fidem vniuersalis Ecclesiae, sed potestatem Romanae ecclesiae significat, & verbum Christi sub persona propria Petri, non autem ecclesiae, accipit dictum, ut clare ex sequentibus patet, ubi dicit, Verum haec firmitatem petri istius sanctissimam, deo (ut diximus) edificare construetam, nimis vult impia presumptione violare, quae eius potestatem tentat infringere, fauendo suis cupiditatibus, & id quod accepit a veteribus non sequendo.

Ecce seipsum exponit, Soliditatem petri, esse potestatem Romanae Ecclesiae, idem per secretissimam fidem spiritus, & externam iurisdictionis potestatem intelligens, non sine verbi Euangelici iniuria. Non ergo infringit soliditatem petri, qui sub legibus Romanae ecclesiae non viuit, sed qui non id credit, quod Petrus confessus est.

Protestor autem ego, quod decreta quidem huiusmodi non damno, Nihil enim meae salutis deperit, si tolero alicuius violentam scripturae interpretationem, modo vera & legitima intelligentia iuxta salua sit, sed hoc adnotor, ut rem & fidem nostram constanti & solida intelligentia discamus firmare. Quis enim eiusmodi abusiones scripturae valeant, pro iis, qui iam credunt, & tolerandae sint, tamen oportet etiam, si cum contentiosis oriatur bellum, habere simplicem & germanum sensum Christi, qui stare in acie victor possit, ne ecclesiam & omnes nos ludibrio exponamus. Neque enim cum illis sentio, qui Romanae pontifices non errasse putant, & apud eos solo esse veram scripturae intelligentiam, cum longe contrarium hic & multis alijs locis videatur, hoc fuerunt, sicut & ceteri Episcopi. Neque sane grande miraculum est, sanctos hos pontifices, humana infirmitate sibi ambuisse primatum, quoniam & ipsi Apostoli praesente Christo, non solum ambuerunt, sed etiam non semel inter se contenderunt, quis eorum videretur maior, Sicut ergo Christus benigne tulit eorum humanitatem, ita & ecclesia talium pontificum ambitio nis reliquas ferendas discit, & decreta eiusmodi ideo non penitus rejicit.

Illis porro & manibus & pedibus resistendum est. Qui non contenti quod huiusmodi decreta humiliter ferimus, sed eo infantiunt, ut tanquam non sit alius in scriptura sensus, ea pro necessarijs articulis fidei nobis sancire, & omnem alium sensum haereticum pelamare audent, omnia sine vlllo iudicio legentes, quae temeritate necessario tandem fit, ut legitimum Christi sensum amittamus, & in humanum arbitrium & arenam edificemur.

Si enim verum esset, quod hic Leo iste dicit, & tanquam diuino precepto eius verbis obediendum esset, iam tota orientalis ecclesia, ab initio

C

sui vsq; ad finem, fuisset exors diuini mysterij, quia nūq; sub Ro: ecclesie potestate fuit, Tolerandus itaq; error huius Leonis, nō autē ppter eū alius & verior sensus relinquendus.

Secūdus est Leo iij. dis. xx. c. de libellis dicens. Quā ob causam luculentius & magna voce pronūciare non timeo, quia, qui illa (quę diximus) Sanctoꝝ patrū statuta, quę apud nos Canonū nomine p̄titulantur, siue sit Ep̄us, siue clericus, siue laicus, non indifferenter recipere cōuincitur, nec Catholicā, nec apostolicā fidē, nec quattuor Euāgelia vtiliter & efficaciter ad effectū suū retinere, vel credere probatur.

Vere nimis nihil times, mi Leo, pronūciare, audens humana statuta Euangelij equare, & audacter satis affirmas ijs nō seruatis, nec fidem Catholicam seruari, Si de cōtemp̄toribꝝ & ijs, qui sub te sunt dices, recte dices, nūc contra, qñ mores & fidem, traditiōes cū Euangelio, verbū hominum cū verbo dei confundis, nonne homo es? Quis ferat, vt Euangelij & fidem non seruare putetur, qui sub statutis illis nō fuerit? Tu cum tuis serua statuta & Canones, illis, qui sunt in oriente, alia sunt statuta, sed idē Euangelij.

Tercius. dis. xxi. c. Clero, quod capitulum ego nūc credā esse ab aliquo Ro: pontifice constitutum, sed videtur Isidori cōmentum esse. Qui Metropolim mensurā ciuitatis, & Acolytum ceroterariū, aliosq; gradus egregia inscitia describit, & inuenit tamē autoritatem. Pontifex, inquit, princeps sacerdotum, est vel esse dicitur, quasi via sequentiū. Ip̄e em̄ summus sacerdos, ip̄e pontifex maximus nūcupatur, Ip̄e em̄ efficit sacerdotes & leuitas, ip̄e om̄es ordines ecclesiasticos disponit, ip̄e quod vnusquisq; facere debet, antea autē pontifices & reges erant, Nam maiorū hęc consuetudo fuit, vt rex esset sacerdos & pontifex, vnde & pontifices Romani Imperatores appellabantur.

Hūc diuinatorem contemptū p̄terijsem cū erroribus suis, nisi viderem hinc sumi hodiea nōnullis, qꝫ papā Imperatorem, max̄ imūq; pontificem, iactant, Ideo nō inter Canones, sed inter canes hūc deputo, & ne id sine iudicio faciam, Opponā ei cōtraria decreta, q̄ simul sententiā nostrā iuuabūt. Dicitur em̄ dis. xcix. c. prime, primę sedis Ep̄us, non appelletur princeps sacerdotū, vel summus sacerdos, aut aliquid hm̄dī, sed tm̄ primę sedis Ep̄us, Et sequi. Vniuersalis autē nec etiā Romanus pontifex appelletur.

Hic ego in iudiciū voco ip̄os Canones & canonistas, doceant me quęso, quid hic dicam? Iste Canon probatus est, sed vide q̄to maiora crimina cōmittat in summū Pontificem, q̄ ego vnq; ausus

essem cogitare. Primo, nō solū frigidus asserit, sed & negat & prohibet, ac damnat eos Canones & canonistas, qui Ro: pontificē principem, caput, summū, maximū appellant. Deinde primatum ei auferens penitus, cū reliquis primarū sedū Epīs, idest patriarchis equat. Vbi sunt ergo, qui me noua posuisse garriūt, qui frigidissima decreta dixi superiora, & credo non inique, Nam hic Canon Concilij Africani, eo plus illis p̄ferendus ē, quo longius ab ambitione recedit, & euangelicā modestiā sapit.

Qui ergo me hereticū accusant, obsecro, parcant saltem huic Canonī, si mihi nolūt parere. Ego om̄ia admisi, quęcūq; Ro: pontifici hodie tribuūtur, rem nō nego, factō non cōtradico, sed de iure eius disputo, & sentio, qđ nō iure diuino, sed decretis hominū, talia tribuantur. Quid amplius faciendū mihi est? An nō solū deo factū confiteri, sed etiā mendacijs & corruptionibus scripturę idem stabilire? Absit.

Igitur damner, q̄tū volunt, hic habeo canonem, qui damnat Ro: pontificem, vniuersalem pontificem vocari, qđ ego tū nūq; damnaui. Sed addamus plura.

Ibidem Pelagius om̄ibus episcopis scribit in hūc modū. Nullus patriarcharū vniuersitatis vocabulo vnq; vtatur, Quia si vn⁹ patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharū nomen ceteris derogatur, Sed absit hoc a fidelib⁹ hoc sibi velle quępiam arripere, vnde honorem fratrum suorū iminere ex quantulacūq; parte videat. Quapropter charitas vestra neminē vnq;, etiā in epistolis suis vniuersalem appeller, ne sibi debitū subtrahat, cū alteri honorē infert indebitū. Vides qđ honoris fraterni iminutio sit, si vnus omnibus p̄feratur, etiā Ro: pontifice autore.

Ibidem B. Grego: Eulogio patriarchę Alexandrino, Ecce in p̄fatione epistolę, quā ad me ip̄m, qui prohibui direxistis, superbe appellatio nis verbum, vniuersalem papam me dicens, imprimere curastis. Quod peto mihi, dulcissima sanctitas vestra, vltra non faciat, quia vobis subtrahitur, quo d alteri plusq; ratio exigit, prebetur. Nec honorem esse deputo, in quo fratres meos, honorem suum perdere cognosco. Meus nāq; est, honor vniuersalis ecclē, meus honor est fratrum meorū solidus vigor. Tūc ego honorat⁹ sum, cum singulis quibusq; honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem papam vestra sanctitas me dicit, negat se hoc esse, qđ me fatetur vniuersum. Sed absit hoc, recedant verba, q̄ veritatem inflant, & charitatem vulnerant.



Obsecro, quid hic dicemus? An adhuc pecco, qđ frigidissima decreta vocauī aliquorū Ro: pontificū, forte confictorū noīm: qui ista secutus, debuerā appellare verba veritatē infantia (.i. leuē & vanam facientia) & charitatem vulnerantia. Quid si ego ista dixissem, esse videlicet nō modo inefficacia, sed etiā inimica veritati & contraria charitati?

Hīs adde, & senas ferme ep̄as B. Gregorij in Regestis suis, qđ ad Imperatorē Constantinop. & patriarchā eiusdē, acerrime idē p̄sequitur, protestans, oblatū fuisse a Concilio Chalcedonen. Ro: pontifici, hūc primatū, & tū a nullo assumptū.

Qđ si dixerint Canonistę nouelli, esse hęc abrogata, vel per cōsuetudinē desinisse. Gr̄as ago, hoc volui. Sequit̄ ergo, qđ nō v̄bis Euāgelicis, & iure diuīno iste primatus fiet, Sed iure hominum & vsu, hoc admittō, hoc cōfiteor, alioquin si iure diuīno staret, nūqđ debuit nō esse & fuisse, & peccassent mortalit̄ hic Pelagius & Gregorius, sicut cassantes ius diuinū & Euāgelij deprauātes. Quādo ergo iura humana sic eū asserunt, vt per verbū Euāgelij cōtētur probare, nonne necesse est vt frigidissime & inefficacissime & viciōlentissime id faciant: sicut videmus in p̄dictis, & nūc ecce amplius videamus.

Quart̄, Anacletus xxi. c. in nouo In nouo, inquit, testamento post, Christum dñm, a Petro sacerdotalis cepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in Ecclesia Christi datus est, dño dicente, Tu es Petrus &c.

Hęc si intelligit, qđ sacerdotalis ordo cepit a petro ī Ecclesia latina, pōt vtēq; sustentari, quēadmodū & B. Cyprianus Epistola tertia. Sedem Petri, principalem & vnde sacerdotalis ordo ceperit appellat, aut sic cepit, quod Petrus, primus inter æquales Ap̄os fuerit. Si autē intelligit, qđ a Ro: sede om̄is ordo sacerdotalis, primo & solū veniat, ex dictis satis patet, qđ sit erroneū, nec hoc tunc Anacleti est decretū, sed ficti alicuius Anacleti palea.

Quintus pelagius, eadē dif. xxi. Sancta Romana Ecclesia Catholica & Apostolica (forte quod cæteras nec sanctas nec Catholicas reputat) nullis synodicis constitutis, cæteris Ecclesijs prelatā est, Sed Euāgelica voce dñi & saluatoris nostri primatū obtinuit. Tu es, inquit, Petrus.

Hic magis erūpit & audet, nō tm̄ cōtra p̄dicta dif. xcix. adducta decretā, Sed etiā qđ verbū Christi ad petrū, om̄ino torquet, de fide ad potestātē iurisdictionis & pompam primatus, deinde solā Petri personā in verbis Christi accipit, reiecta persona Ecclesię, quā vere Petrus tūc gessit. Ergo noua grāmatica, Tu es Petrus, significat

tu es primus, & tibi dabo claves, id est soli Romanę Ecclesię, ceteris  
ecclesijs nihil habebis, sed piget me omnia commemorare. In summa  
ut dixi, si his verbis Christus Ro: Ecclesiã significauit, cū Ro: Ec-  
clesia vix vicefimo anno Ecclesię primitiuę nata sit, sequitur qđ ip̄a  
primitiua nō fuerit ecclesia, & deinceps omnes qui claves ex Ro: Ec-  
clesia, nō acceperūt, Christo inobedientes fuerint, Et ita S. Stepha-  
nus cū tot milibus martyrum orientalis Ecclesię dammati censebūtur.  
Ut omittā, qđ si per verbū Christi potestas Ro: ecclesię intelligeret,  
ut hic vult, & Christus super hanc petra, ecclesiã suã se edificare p-  
mittat, sequit̄ qđ vniuersalis ecclesiam non super fidem, sed super po-  
testatē Ro: ecclesię edificata est, super quã tūc ipsa Ro: edificata est  
non super petram, i. suam potestatem, nec super fidem, ergo super  
nihilū. Quis ferat hęc? Vides ergo, qđ possum inuehi in istos ho-  
minū sensus, si vellē libere agere, nūc autē sufficit mihi ostēdere, qđ  
his decretis contra hostes, & in contentione nihil effici pōt, sunt em̄  
languidissima, frigidissima, & penitus ineptissima, ad cōtentionē.  
Sat est, qđ tolerantur, pro fraterna charitate, nō etiã adorentur pro  
solida & germana veritate.

Sed ne hoc ferendū est, qđ infert. In ijs oibus quāto gradus  
celsior, tanto maior autoritas inuenitur, In maioribus siquidē est  
regendi, iubendiq; p̄as. In minoribus obsequendi necessitas.

Vide ut necessitatē omibus imponit, & sibi soli (cōtra  
charitatis officij) libertatē arrogat, sed pessima cōsequētia:  
Nō em̄ mox maior autoritas est, vbi gradus celsior est, Petrus em̄  
primus Ap̄torū fuit, sed nullā in eos autoritatē habuit vnq̄, imo  
cōtra, Ap̄li in Petrū habuerūt autoritatē, ut Act. viij. scribitur, qđ  
Ap̄li miserunt Petrū & Iohannem, qui tunc primores erant inter  
Ap̄los, & tñ missi sunt ab Ap̄lis, tanq̄ maiorib⁹ ad Samariefi-  
deles. Labitur ergo Pelagi⁹ hoc loco satis aperte, qđ qđ ego credo  
hos & similes Canones, nihil p̄ter nomen de Ro: pontificib⁹ ha-  
bere. Esse autē cōpositos ab eorū officialibus & scribis, in theologia  
parum doctis, Ideo nihil Euangelicū, nihil Ecclesiasticū spirant,  
sed humanū affectū, carnē & sanguinem.

Sextus, Nicolaus Papa eadem dist. c. inferior, volens robus-  
sissime probare, qđ inferior nō pōt superiorem absoluere (intel-  
ligit autē Constantinopolitanā ecclesiã inferiorem, Nā hęc mul-  
torū Canonū causa fuit pro isto primatu) inducit illud Isaie xiiij.  
Nūquid gloriabitur securis contra eū, qui secat in ea, aut exaltabit  
ferra contra eū, qui trahit eam? His, inquit, ex diuina scriptura cō-  
memoratis, sole clar⁹ exhibuimus, nō posse quēq; qui minoris  
autoritatis est, cū qui maioris p̄atis ē, iudicij suis adijcere. Quis

non miretur: adeo iste autor sub nomine Pape, scripturas tractat apposite, deum facit ex Papa, cæteros episcopos, non fratres, non homines saltem, sed instrumenta facit, Hoc est nimirum, sole clarius exhibere, id est tenebras offundere.

Deinde in fine, Romanam Ecclesiam matrem vocat omnium Ecclesiarum. In quo mirum est, cuius filii & discipuli fuerunt Ecclesie Iudee, de quibus Paulus ad Galatas dicit, Eram ignotus facie Ecclesie filius Iudee. Et que Ecclesia fuerit, quam Paulus vastabat, Siquidem Romana Ecclesia tunc erat adhuc in lumbis patris sui Petri, qui Hierosolymis erat. Quid quæso Hierosolymitana Ecclesia didicit a Romana: Cur mentitur Paulus, Ro: xv. dicens, pauperes sanctos in Iudea, iuste accipere collectam a Romanis & alijs gentibus, quod spiritus tualium illorum participes facti essent, quo verbo Apollus Hierosolymitanam Ecclesiam, matrem, matricem, radicem signat omnium plane ecclesiarum totius orbis, etiam Romanam, quod & verum est. Quis enim negare potest, ecclesiam gentium, posteriorem esse ecclesie Iudeorum, & ex hac illam natam: cum tot in locis hoc de gentibus prophete predicaverint, cum in actibus discipuli dispersi solis Iudeis predicasse verbum, & de gentium salute, stupuisse legantur. Et Paulus Ro: xv. Iudeorum ministrum fuisse Christum, & gentes misericordiam consecutos, ad ruinam Iudeorum doceat, Sed & Christus Iohannes: iij. Salus, inquit, ex Iudeis. Modeste itaque dixisset, Matrem ecclesiarum, Matrem vero omnium ecclesiarum, hyperbole est nimia.

Septimus. Nicolaus iterum dist. xxij. c. omnes, de quo textu nescio quid dicam, Nam prope corrigo meam propositionem, & dico, quod Ro: ecclesia alijs esse superiorem probatur, ex deliramentis cuiusdam ineptissimi palee, nomine Romanorum pontificum, ecclesiam Christi illudentis. Audi, quæso per Christum, quid hic dicat.

Omnis, inquit, siue patriarcharum siue cuiuslibet apicem, siue metropoles, primatus, aut episcopatum cathedras, vel ecclesiarum cuiuscumque ordinis dignitatem instituit Ro: Ecclesia. Illam vero ipse solus fundavit, & super fidei petram mox nascentis erexit, Qui beato Petro æternæ vitæ clavigero, terreni simul & cælestis imperii iura commisit.

Rogote lector, de Romanis pontificibus, & ipsa Romana Ecclesia, tot milibus martyrum in caelo & terra fulgente, alia quam potes sentias, modo propitiustibi sit Christus, ne hoc decretum credas, editum ab ullo Ro: pontifice saltim sciente.

Præterea, Verbo Christi sola Romana ecclesia fundata garric hic impius, quisquis est, Ro: nominis mentitor. Ceteras autem (sequitur) non Christus, sed Ro: ecclesia fundavit, quia Ro: ecclesia, supra fidei petram erexit, super quam petram quæso alias Ecclesias erexit: An super harenam? Non credunt idem Ro: Ecclesia, & alie Ecclesie: Non sunt ipse etiam Ecclesie

Si sunt Ecclesia Christi, cur tu impijssimo ore, resistis Ch̄o dicēti.  
Super hanc petrā edificabo Ecclesiam meam: Quid significat Eccle-  
siam meā? Non est nisi vna Ro: Ecclesia, sua Ecclesia: Si autē q̄libet  
alia, etiam Ecclesia Christi est, & Christus affirmat eam edificandam  
supra petram fidei. Impio iā errore dicitur, ad Ecclesiam Ro: perti-  
nere & nō ad alias omēs. Te nūc appello, lector, vt iudices, an  
hec decreta modeste, vel imoderate, frigidissima dixerim, q̄ verius  
impijssima dicere debuissē. Nō q̄ Ro: pontificū sint, sed q̄ noie  
eorū vulgentur, & per ip̄a iam multis annis adulenē summis pon-  
tificibus, has insanias nihil curantib⁹, quin & surauiter audientib⁹.  
Igitur Euangeliū, hoc interpte, sic intelligemus & locupletabim⁹.  
Ego supra fidei petrā edificabo Ecclesiam meā Romanā. Romana  
autē edificabit supra suā sententiā, ecclesias suas, nō meas, quia meā  
supra fidei petrā edificabo. Ecce nūc eāt adules, & statuāt no-  
bis scripturę sanctę interpretationē, ad Ro: pontificis scribas ptinere.  
Deinde vide quid sit in Curia Romana, iuristas dominari, & sine  
Theologis ac sacris lris, de sola pr̄ate, & sp̄s sancti pręsentia pręsu-  
mere, hoc est per solā potentiā scripturas tractare. Ceterum iuxta  
Augustini regulā: Et Ro: Et om̄is p̄tiffex subiacer cuiuslibet, fide-  
lis etiā iudicio, maxime in materia fidei.

Iam illud q̄ Euāgelice dictū est, q̄ cœlestis imperij & terreni iura  
Petro cōmisit, obsecro, nō est hæc res om̄ibus lachrymis digna, q̄  
hæc nō modo legere, sed etiā credere pro oraculis sp̄s sancti, vr-  
geamur, & ita vrgeamur, vt ignē minētur, si cōtra quid mutiam⁹.  
Atq̄ ita sit, vt hæc maiore timore & religiōe amplectamur, q̄ vl-  
lū aliud vel fidei vel morū pręceptū diuinum, vbi ignē nemo mis-  
natur, quin glorificentur, & adhuc honū statu Ecclesię somniam⁹,  
nec Antich̄m in medio tēplī agnoscimus. Igitur vox ista blas-  
phemia est impijssima, q̄ Petr⁹ iura cœlestis imperij teneat, cū so-  
lū ministeriū verbi teneat in terra, Christus solus ē dñs cœli & terrę.  
Deinde imperium & terrenū Christus docuit & Petrus cōtemnere,  
hic non solū non habere, sed etiā iura eius in manu petri cōstituit.  
Hinc secutum est malum, q̄ adules Ro: pontificem, in vtroq̄  
regno dñm constituunt, quod nec Christo quidē datū est, qui suū  
regnū negat ex hoc mundo esse. Mirū autē, q̄ Petrus Neronē prin-  
cipē passus est nō modo in Roma, sed etiam in sua Cruce, qui po-  
tuit ei iura terreni imperij auferre, aut certe friuolū & impiū est, suc-  
cessorē Petri hoc p̄sumere, quod in petro nō fuisse cernit. Pereant  
ergo, arrogantiſsima vocabula ista, imperij, iura imperij, cœlestis  
& terreni imperij. Soli deo hæc conueniūt, ministro Ecclesię & sa-  
cerdoti, Christi seruo, modestiora tribuant. Sequit eadē pala-

Non ergo quilibet terrena sententia, sed illud verbum quo constructum est coelum & terra, per quod denique omnia condita sunt clementia, Romanam fundavit Ecclesiam.

Vide monstrum, aut haec de sola Ecclesia Romana dicuntur, & sequitur, omnes alias Ecclesias esse terrena sententia statutas, & sine verbo dei, sine quo nihil factum est, quod factum est, & sic omnes aliae ecclesiae sunt nihil, aut simul etiam de alijs ecclesijs intelligendum est, esse scilicet eas per verbum dei, quod omnia condidit, statutas. Et sequitur hinc nihil singulare de Romana Ecclesia dici, nisi inanem pompam syllabarum. Et ita decretis hunc, aut intolerabili impietate, negare ceteras ecclesias vna cum Christo. Aut seipsum sua inscitia manifestissime irridere.

Quod si de constitutione ecclesiarum, iuxta dignitatis gradum loquitur, non iuxta substantiam, patet ex praedictis, quod peruersum hoc verbum Christi, de fide totius ecclesiae vniuersalis, torqueat, ad potestatem vnius hominis, Christus suam ecclesiam supra petram edificare se dicit, hic vero, non, sed dumtaxat Romanam, hoc est ceteras Ecclesias nihil facere, & Christum negare.

Porro si ceterae Ecclesiae sunt terrena sententia statuta, & hanc sententiam Romanam Ecclesiam esse dixit, suo ore sese damnat, suam sententiam esse terrenam, non diuinam, dicens. Et ubi manet quod vocem Petri, tamquam diuinam, & non terrenam audire oportet? porro quis constituit ecclesiam Hierosolymitanam antequam ecclesia Romana esset? An non Petrus, verbo dei Romanam ecclesiam constituit? Verum si de dignitatis constitutione loquitur, non de substantia Ecclesiae. Tunc arguo sic. Romana Ecclesia est diuino verbo alijs superior constituta, ergo necesse erit, vno eodem verbo ceterae ecclesiae sint ei inferiores statuta, quia non potest statui superior, nisi sint quibus superior statui possit. Vbi ergo est, quod supra dixit. Inferiores ceterarum ecclesiarum ordines a Romana ecclesia institui, non verbo diuino, quo vult sola constitui ipsa? Nam quomodo Christus potuit statui dominus, nisi simul gentes & termini terrae subicerentur, & mons Zion, cui rex praesiceretur?

Addere his, si quis dicat, Si Romana Ecclesia diuino verbo fundatur super omnes, oportet ergo, & eas certas nominari, quae verbo diuino subiiciantur. Age, esto ergo haec sententia diuina, Romana ecclesia est alijs superior, dic ubi scriptum sit eius correlatiuum, Ecclesia Mediolanensis est eius inferior, aut vlla alia? Si nulla nominat, nulla subesse debet, praescepto saltem diuino. Quid hic melius dici poterit, quam quod verbum Christi, nec de superioritate, nec inferioritate ecclesiarum intelligi possit, Sed de sola, eadem, inuietaque fide & potestate omnium ecclesiarum aequaliter. Vides ne quid sit sacras litteras, per humano affectu, & sine timore dei tractare?

Sequitur

Sequitur.

Illius certe priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Vide que corollaria inferat verbū Christi, de fide ad prāis significatio- nem detortū, Priuilegiū sit Ro: Ecclesie in verbo, qđ cōiter omnibꝫ ecclesijs cōuenit, quia Christus dicit, Super hanc petram edificabo ecclesiā meā, meam, inquit, meam. Si ecclesia alia quilibet est ecclesia Christi, ipa certe edificata est super eandē petram, & nullum est vlli priuilegiū. Si nō est ecclesia Christi, & sola Roma est ecclesia, priuilegiū nō stat, quia nulla ē ecclesia, cui Romana superior esse possit, Iterū dico, p̄ nomē meā, aut significat solā Romanā Ecclesiā, aut omnē ecclesiā. Si solam, non habet priuilegiū p̄ ceteris, Si omnē, iterū nō habet priuilegiū p̄ ceteris. Eligat ergo quod vult, per hoc verbū Christi Romana ecclesia, aut erit sola, aut non erit prima. Alia ergo via p̄bandus iste primatus, quia illusionē hāc sui, Euāgelii Christi, vt vides, qđ pulchre eludit, & vt prouerbiū Salomonis habet, illudit illutores suos.

Et sunt tñ tam multi, qui ex hac misera palea, priuilegiū Ro: Ecclesie, passim pro articulo fidei, vel omnium primo & maximo factitent, patientiores, si Christū neges, qđ si hoc priuilegiū, verba Christi peruertens, nō adores.

Sequitur iterū corollariū, tali themate dignū.

Vnde nō est dubiū, quia quisqꝫ cuiuslibet Ecclesie ius suū detrahit, iniustitiā facit, Qui autē Ro: ecclesie priuilegiū ab ipso summo oim ecclesiarū capite, traditū (vide hiatū istū scentorēū) auferre conatur, hic procul dubio in heresim labitur.

Ecclesia Ro: non habet ius, sed priuilegiū, quod ē ep̄ est supra petram fidei edificata, hoc em̄ folius Ro: Ecclesie est, isto autore, Deinde petra fidei, intelligit p̄latio nē hanc primatus terreni, Nam hæc duo perpetuo miscet & confundit, hæc palea. Obsecro, quāta patientia est, ista to lerare ē primū sicut dixi. Si petra fidē signat, eadem est oim ecclesiarū, nullo reliquo priuilegio, Si autē non oim est eadē, sola erit Ecclesia Ro: nō habens cui p̄feratur. Secūdo. Si petra fidei, dignitatē significat, iam sibi p̄i cōtradicit in eodem verbo, verbūqꝫ Christi adulterat, fidei significatio nē in potestatis significatio nē subuertes, & sp̄m in carnem, Christum ad mūdum trahens.

Non ergo est hereticus, qui negat hoc priuilegiū Ro: Ecclesie, sed ille deprauator est verbi dei, qui p̄ fidei petra intelligit, priuilegiū potentie temporalis.

Quod autē in fine Ambrosiū adducit, qui se matrem ecclesie asserit sequi Romanā, vniā & ip̄e idem faceret cum Ambrosio.

D

Ecclesia Romana mater est, sed nō oīm ecclesiarū. Nam & Metro-  
polis quelibet est mater ecclesiarū, iuxta patrū statuta. Deinde Ro-  
mana Ecclesia, nū p̄ verbis Christi has cōtumelias fecit, q̄s hæc pa-  
lea facit, sed per petrā fidē intelligit, nō tyrannidis ambitiōnē.

Octauus (vt finem faciamus horū deplorandorū interpretū  
scripturę diuinę) Est iterū Anacletus eadē dif. c. sacro sancta (sic em̄  
ausus est quisquis fuerit iste barbarissimus Notarius, etiam tanto  
pontifici tribuere tātā, & inscitā, & temeritatē, q̄tā videbimus.

Sacro sancta Ro: ecclesia (quia alię nō sanctę, aut non sacro  
sanctę sunt, etiā si eadē fide, verbo, sacramento, spiritur, prorsusq̄  
eadem sanctitate sanctificentur) non ab Ap̄lis, sed ab ip̄so dño &  
saluatore, primatū obtinuit, sicut B. Petro dicit. Tu es Petrus &c.

Si aliquis gentiliū, sic exponi verba Christi audiret, Tu es  
Christianus fieret. Igitur & hic primatū intelligit per verbū, Tu es  
petrus, seu per hanc petrā. Eligant autē (vt iterum eadem repetam)  
vtrū uoluerint. Petra hoc loco, aut significat fidem spūs, aut pri-  
matū exterius, vtrūq̄ em̄ simul nequit significare. Si fidem iā oēs  
Ecclesię super eam sunt edificatę, quia Christi⁹ dicit, super hęc petrā  
ędificabo ecclesiā meā, Ergo cuiuscūq̄ conuenit dici a Christo, Ecc-  
lesia mea, ad eandē pertinet, petra & petrus super quā edificatur,  
ita nihil propriū Ro: Ecclesia habet, sed om̄ia sunt cōmunia, quia  
vbicadem fides, eadem q̄q̄ potestas Clauisū. fidei em̄ & petrę date  
sunt clauē, vt patet. Si potestatē, iam iterū om̄es sunt æquales Ecc-  
lesię. Quia cuiuscūq̄ dicitur a Christo, Ecclesia mea simul dicitur,  
ędificabo resuper petram, idest p̄tatem, quare q̄libet Ecclesia, hoc  
verbo erit oīm prima, quia habet eandem petrā, qua Ro: Ecclesia,  
gloriatur esse se primam. Ita quoquo uertaste, semper occurrit, &  
resistit tibi Christus, dū ecclesiā suā, supra petram edificat, nec finit  
vlli particulari ecclesię, hanc petrā appropriari. Ideo nec petrum  
Vides ergo q̄ vniciū illud pronomē, Meam, tanq̄ chrystallus cōes-  
lestis, om̄s has decretales infrigidat, vt ante faciē frigoris eius nulla  
sustinere possit, dū cōmunē petram, cōmunē p̄tatem, cōes clauē,  
cōmunē petrum, & omnia cōmunia facit. Ita iure diuino, quicq̄ d  
habet Ro: Ecclesia, habet q̄libet ecclesia, quā tūlibet parua sit. Quia  
ad oēs dicit, & Paulus, i. Cor. iij. Omnia uestra, siue Paulus, siue Ap-  
ollo, siue Cephe, siue mūdus, omnia uestra, uos autē Chri.

Esset sane ridiculū, q̄ oīm ecclesiarum, idem est baptisimus,  
eadem Eucharistia, eadem confirmatio, idem est uerbū dei, idem sa-  
cerdotium, eadem pœnitentię, vnctiōnis, matrimonij, & omnia  
sacramēta, eadē fides, spes, charitas, grā, mors, uita, gloria, & vna  
hęc rpalis potentia, vni tributa esset, per uerbū dei, qd̄ commune  
est omnibus.

Quare vbiq̄q; predicatur verbū dei, & creditur, ibi est vera fides, petra ista immobilis, vbi autē fides, ibi ecclesia, vbi ecclesia, ibi sponsa Christi, vbi sponsa Christi, ibi om̄ia quę sunt sponsi, Ita fides oīa secū habet, q̄ ad fidem sequūtur, clauēs, sacramēta, p̄tatem, & oīa alia.

Quęro etiā. Si soli sunt Petro clauēs, & nō vniuersali eccl̄ię, cur non vocantur clauēs petri? cur nō vocātur clauēs eccl̄ię Romanę? Cur ip̄emet pontifex in suis literis, vocat eas clauēs sanctę matris Eccl̄ię? Aut em̄ hęc vox cōmunis totius eccl̄ię iniuriam facit Ro: eccl̄ię, i suo priuilegio, sibi soli attrahēti clauēs, Aut Ro: eccl̄ia, schisma quęrit, dicēs, Ego sum Cephe, & toti eccl̄ię rapit rem, quā ip̄amet confitetur cōem, Patet ergo testimōio oīm publico, non petro, sed eccl̄ię esse clauēs traditas, non Romanę, sed vniuersali & cuilibet, Pręter hęc vide, q̄ recte per petrā intelligant potestātē. Nam cū p̄tās esse nō possit, nisi eccl̄ia sit prior fundata, q̄ accipiat potestātē, quō Eccl̄ia super potestatem, id est prius edificatur super posteriōrē: deniq; p̄tatem non per petrā, sed per clauēs Christus intelligit, quas eccl̄ię super petram (i. fidem) prius edificatę tradit, vt clare textus ordo probat. Vides ergo q̄ ambitio exerceat oculos mentis, vt clauū potestate non contenta, etiā ex petra fidei (q̄ est eccl̄ię substantia) potestatem faciat.

Quę autē hic Anacletus Ro: sedem primam vocat, & Alexandrinā secundam, & Antiochenam terciā, seip̄m iterū redarguit, non solū, quia iste ordo iam diu mutatus ē, verū etiā q̄ sequitur hinc, aut alexandrinā esse iure diuino secundā, & antiochenā terciā. Aut nec Romanā primā, quia eodem iure oportet esse primam, quo secundā & terciā. At manifestū est, q̄ secundā & terciā suo iure ordinat Roma, ergo & seip̄am primā suo iure ordiat.

Errat etiā in historia, qđ Ignatiū scribit constitutum a Petro Ep̄m Antiochię sibi successorē, cū i ecclesiastica historia pateat, Enodiū Petro, & Eno dio Ignatiū successisse, Ideo nō est credibile huius Canonis autorē esse Anacletū.

Iā audi iterū securū affirmatorē, id est temerariū, inter beatos Appos, inquit, quędam fuit discretio potestatis, & licet oēs essent Apostoli, Petro tamen concessum est a dño, & ipsi inter se voluerunt idip̄m, vt reliquis ap̄lis oibus p̄fesset.

Obscuro, q̄ fuit ista discretio potestatis: nunquid Petrus ordinauit Appos: nunquid misit eos? nūquid cōfirmavit eos? vbi legisti belua, q̄ a dño concessum est Petro habere discretam potestatem ab alijs: quā hoc ipsi voluerunt?



Quin hic signa. Duplex est primat<sup>9</sup>, honoris & p<sup>r</sup>atis, Q<sup>2</sup> Petrus primus fuit i ordine, nemo negat. Na & iter cardinales, Ep<sup>o</sup>s, sacerdotes, doctores, principes, etiã si nullus alteri subiectus est, tñ necesse est in conuentu aliquẽ primo loco sedere, cum tñ nihil habeat p<sup>r</sup>icipere illis. Ita Petrus fatemur principem Ap<sup>l</sup>o<sup>r</sup>ũ, primũ Ecclesie membrũ, caput collegij apostolici, & alia q<sup>2</sup> de eo sancti patres dixerũt. Ita videmus & Romanos pontifices semper fuisse honoratos, vt successores Petri & primo loco habitos. Et i hoc recte & laudabiliter actũ est, & agitur, agendũq<sup>2</sup> est, sine querela.

Alter aut primatus p<sup>r</sup>atis, nũq<sup>2</sup> fuit Petro datus, quia quilibet ap<sup>l</sup>o<sup>r</sup>ũ, sine autoritate Petri p<sup>r</sup>dicauit Euangeliũ, Ep<sup>o</sup>s & presb<sup>o</sup>teros ordinauit, in locis suis, oẽs a solo Christo sunt equaliter missi, & imediate. Hunc primatũ isti honestissimi Canones ambiũt & verbis dei abutũtur in hanc tyrannidẽ stabilidã, Nolunt enim vllũ Ep<sup>o</sup>m in toto mundo fieri, nisi palliũ & autoritatẽ Ro: pontificis habeat, Et vbi Petrus sese non extulit super Ap<sup>l</sup>o<sup>r</sup>ũ, ibi vnus Ap<sup>l</sup>i successor, lōge minor suo p<sup>r</sup>decessore (sicut Ep<sup>o</sup>s Ap<sup>l</sup>o) nõ contentus honoris primatu, oĩm Ap<sup>l</sup>o<sup>r</sup>ũ successoribus vult dominari in potestate & violentia.

Hanc rationẽ inuictã oppono oĩbus, qui Ro: pontifici adu<sup>s</sup>antur super totius mũdi dominio, & expecto cũ fiducia, quidnã contra possint mouere, aut gannire. Quasi simul fretus, tanq<sup>2</sup> certissima, & oĩbus nũtissima veritate, cũ fiducia proclamo, q<sup>2</sup> decreta q<sup>2</sup>q<sup>2</sup> aliter statuunt, non modo frigidissima sunt, sed etiam contraria diuine scripturẽ, Euangelio & actibus, Ep<sup>l</sup>is Ap<sup>l</sup>o<sup>r</sup>ũ, In quibus tam crebre, tam aperte, Ap<sup>l</sup>o<sup>r</sup>ũ equalis, & in mũdo diuersa cõmissa puincia describit, vt ego nõ possim satis admirari, esse potuisse vnq<sup>2</sup> tã temerarios aduatores, qui cõtra hæc fulmĩa scripturẽ, fumũ suũ terrenũ leuare auderẽt, hoc successori Petri Ep<sup>o</sup> arrogantes, q<sup>2</sup> nec Ap<sup>l</sup>o Petro p<sup>r</sup>ecessori vnq<sup>2</sup> permissum est, Nec tñ mirarer, si id solũ arrogarent, nec hoc quererent, sed q<sup>2</sup> huic arrogantẽ repugnantes scripturas maluerint corrũpere, q<sup>2</sup> repugnantibus ip<sup>s</sup>alem hũc p<sup>r</sup>atis primatũ cedere.

Addo ad hæc. Q<sup>2</sup> nec in hoc recte & euangelice fit a Ro: pontificibus, q<sup>2</sup> Ep<sup>o</sup>s e Ro: ecclesia propagatos, idest ecclesiã latinã sic administrant, vt soli ip<sup>s</sup>i, ordinent & confirment Ep<sup>o</sup>s oẽs. In hoc em̄ non Christo, sed sibi Ecclesias Christi videntur arrogare, cum Apostoli Pauli exẽplo deberent, etiã alijs cõmittere constitutionem ep<sup>o</sup>ũ, videlicet Archiepis & vicinis, Deberent ergo illos deo cõmittere, & nequaq<sup>2</sup> cogere, vt pro nouo episcopo ad urbẽ mitterent, habet em̄ hoc speciem nõ leuem, auaritiẽ & tyrannidis, qua

dominentur fidei eorū, qđ Paulus noluit in Corinthios sibi vsurpare. Sufficeret em̄ semel Ep̄m dedisse, & deinceps eos gratiæ dei cōmendatos propagationi pprie eos relinquere, aut solūmō curā gerere, ne a fide degenerarent, sicut Ap̄lus in Galathis monstrauit Exemplū. Nūc videmus p̄textu huius beneficij, & primatus, oīm episcopatus & sacerdotia, in voraginē Romanę auaritiæ rapi, tōt simonię impudentissimę mōstris, hoc vno opculo tectis.

Sequitur

Et Cephas, idest, caput & principiu teneret Apostolatus. Vel hic locus ostendit, magis affectu piētis, q̄ veritatis studio, hūc primatū quęsitum. Quō em̄ tot falsis argumentis vterentur, si semel & solidam haberent causam: multis aut̄ eget mendacium, vt verum appareat. Itaq; tam inscius est iste Scenicus & poeticus Anacletus, vt Cephan, caput interpretetur, contra euidentissimū & apostolicū testimoniū Iohānis Ap̄li, qui dicit Ioh. ij. Intuitus cū Ihesus dixit, Tu es Simon filius Iohanna, Tu vocaberis Cephas, qđ interpretat̄ Petrus. Pudet me, qđ super hoc errore crassiss. tantū negociū struitur, in quo simul, indiligētes se fuisse Euangelij lectores, ideo non mirum, qđ & falsos intellectores ostendunt. Melius Leo supra, Petrā, soliditatē intelligens. Vocabulū Cephe bene nouit. At hic nec Euangelium nec Canones recte intelligit. Est aut̄ Cephe teste Hiero: syrū vocabulū, significans soliditatē, quā grec⁹ petrū vel petrā, idest saxum vel rupem firmam transtulit. At noster hic nugator, Cephalen gręce, p̄ Cepha Syriace accepit, & in inter sacros Canones, vel primus habetur. Nā in decretalib⁹, quas Greg. ix. & Bonif. viij. cōgesserūt, huic Canoni suisq; similib⁹, autoritas tanta tribuitur, vt vix vna sit, q̄ non totum hunc sp̄ret. pretereo quod deinceps hanc formā successoribus traditā fabulat, seruādā a ceteris Ep̄is, oīno aliud nihil q̄ ambitiosissimū spirans affectum,

Sequitur pulchra similitudo.

Et nō solū in nouo testamento est constitutū, sed etiā in veteri fuit, sicut scriptū ē. Moses & Aaron in sacerdotib⁹ eius, idest primū inter eos fuerunt.

Quid audior: qđ non frustra hos Canones lego, q̄ egregie discō scripturas intelligere. Primū, qui vnū solū summū sacerdotem in veteri legi noui, nūc didici duos fuisse primos. Secundo etiā grāmaticā nouam vide, in sacerdotibus eius, idem est, quod primū inter eos fuerunt, cū hucusq; hoc versu psalmi, intellexerim nihil aliud dici, q̄ Mosen & Aaron sacerdotes, vel de numero sacerdotum fuisse, sicut Samuel inter inuocantes nomē eius, nihil de primitate vel cogitās. Terciu documentū, qđ summus sacerdos

D iij

veteris legis fuerit figura Ro: pontificis. Ap[osto]lus e[ss]e ad Hebr[ae]os, me-  
miru[m] i[n] modu[m] decepit, cu[m] vniuersis ecclesie doctorib[us] docēs, nō Ro:  
pont: sed Christu[m] solu[m] fuisse per summu[m] & vnu[m] pontificem signi-  
ficatum.

Vt hoc omittā, q[uo]d illis omnia in figura contigisse scimus, &  
in nouo testamento figurā ille denuo reuocat, vt sit similis figura  
vtriusq[ue] testamenti, nihil iam vtrūq[ue] ab vtroq[ue] differens. Vror  
ego, diuinas literas ab hīs porcis, tam impudēter conculcari, p[re]s-  
serim sub nomine Ro: pontificis, & Ro: ecclesie.

Quid autē hoc est: q[uo]d duos primos sacerdotes in veteri testam-  
mento stauit, magno sui primatus detrimento imitare q[uo]d dicitis,  
& si falsum, stet similitudo, & da etiā nūc duos primos, quō vnū  
primū probabis per duos primos: Vides ergo hos homines, eos  
fuisse, qui simplicitate fidei nostrę abusi, ausi sunt statuere, quicq[ue]  
vel somnare potuerunt.

In fine concludit, & eadē dexteritate Ro: ecclesie cardinē vocat, in  
quo oēs ecclesie reguntur, d[omi]no disponente, & tandem sic finis hic.  
Nam ceteri Canones, qui eadē spirant, horū nimirū influxu infecti  
sic spirant.

Nō possum autē omittere, quin & decretalē, vel vnā adducā  
vt appareat, quid prosit ecclesias regere, & scripturas sacras nō in-  
telligere, Sunt enī & decretales, q[ua] plurimę frigidissimę, & maxime,  
q[ua] maxime sunt in vsu. Transeo illā de Cōstitutione. c. trans-  
lato, quā puto sic a me vindicatā antea, vt necesse non sit repetere.  
Assumo onus illud. c. significasti de elect. vbi Archiep[iscop]us Panon-  
mitanus cū rege & regno Sicilię iustissime mirati, q[uo]d palliū accep-  
turus exigeretur iuramentū, & vbi pulchra modestia, contra hanc  
infelicissimā exactiōnē, adduceret p[re]ceptū Christi, & statuta Cō-  
ciliorū, talem accepit responsiōnē & interpretatiōnē scripturę sanctę  
a paschale Ro: pontifice.

Mirantur, inquit, d[omi]n[u]m n[ost]r[u]m Ihesum Christu[m], qui cū ouium  
suarū curā Petro cōmitteret, cōditionē apposuit, dicens, Si diligis  
me, pasce oues meas &c. Adeo perculsi sunt Papę & Romāę  
Curie proceres vnus huius epi interrogatiōne, vt quid respons-  
derent, nō inuenirent, donec sp[irit]us d[omi]ni eo shuc rotaret, vbi omibus  
ostenderēt, In lege d[omi]ni, nec voluntatem, nec meditationē eis fuisse.  
Agam[us] interim partes Archiepi. Si exēplū Christi placet & valet  
apud te, o paschalis, cur nō imitaris: Si nō placet, cur adducis: cur  
tu quoq[ue] nō cōtentus, q[ua]rere an diligit Christu[m], sine iuramēto cō-  
mittis oues Christi: Cū placeat exemplū, cur nō sufficit & cōditio:

an melior & sanctior est conditio iuramenti, quam amoris?

An plura speras eū facturū, qui coactus iurat, q̄ qui sponte amat? Christus soluit Petri a lege & coactione voti & iuramenti, solam libertatis & charitatis in eo querit fidem. Et tu libertatē tollens, lege iuramenti cogis, ubi est exemplū Christi: ubi conditio nis similitudo? Est per verbum diligere, intelligendum iuramentum?

Nūquid Christus a Petro iuramentū exegit p̄ Ro: ecclesia? Quid hoc ad oves Christi, q̄ tibi iuratur, & ecclesie tue? Tuę sunt oves, an Christi? At tu optime pater, an Christū diligit, prorsus nihil curas, sordet hęc tibi, vt vilissima conditio, tibi vt fidelis sit, iuramento astringis. Adhuc stat interrogatio Archiepi, non satisfacisti,

Adhuc queritur, quo iure, hanc fidelitatem extorqueas. Tua responsio, p̄fundius te mergit & capit. Deinde cui queso, tu iuras fidelitatē? Cur facis & imponis alteri onus, q̄ digito nō vis mouere, contra & charitatē & legem naturę?

Deinde adhuc questio etiā illa stat. Cur p̄cedentes pontifices nō exigerūt iuramentū? Cur alij nō p̄fiterunt? vnde noua ista exactio: vis dicā? Ex male fidei possessa potestate, cōscientia metuit, iustitia nō suffragatur. Ideo queritur vt cūq; solatiū & firmamētū.

Itaq; hodie pontificari nō licet, nisi iures Ro: pontifici fidelitatē. Iurata autem fidelitate, mox dignus es pontificari, siue diligas, siue pascas, hęc em̄ conditio nes Christus requirat, quid de iis nō seculor: nec hoc curetur, an sanctus, doctusq; sit an minus, solū sit seruus Ro: ecclesie. Non licet Christo libertatis Magistro scriuire, nisi primum fias iuratū mancipiū Ro: Curie.

Satis est ab exemplo Christi didicisse, quālibet conditionem fratribus etiā iniquissimā imponere pro libito, Ipsam vero Christi conditionē, ne syllaba quidē meminisse.

Sed responde adhuc semel, paschalis, tuo te iudicio peto. Si Christus conditionem sibi posuit, vt dicis, iam tuo ore definimus, Nullum esse Ro: pontificem, nisi diligit ac pascat, quia pactum & cōmissio condicionalis, si conditio non stet, non valet. Tuo ergo enthymemate vtar, Archiepiscopus Panormitanus sine conditio ne iuramentū prestitū in facto, nō est Episcopus. Ergo nec tu Papa, nisi in facto primum prestes conditio nem amoris & pascę, Quę si vera sunt, iam in sexcentis annis non habuimus papam. Nullus enim docuit nos verbum dei, nec sufficit q; promittas te amaturū, quia tibi non sufficit promissio iuraturi, Sed sicut tu a frase exigis conditionem in facto, ita nos nomine Christi maiorem hanc conditionem exigimus in facto, aut tua autoritate papam negamus.

Quid hic facies? vides ergo, q̄

impatiens sit scriptura corruptiōis, q̄ vanos ostendat eos qui se maculāt, Noluit paschalis vinci interrogatiōe, nec male egisse videri, & ignarus seipm toto pontificatu indigū redarguit, dūq; festuca franieruit, trabes suas nobis ostendit. Ista est ergo pastura, q; Ro: omnia sibi inflectunt, omnibus omnia imponunt, oibus se subtrahunt, & qd̄ atrocius est, non ad Christū, sed ad seipsos nos cogunt, non exigunt conditionē qua Christū libertatē pmittamus, sed qua sibi seruitutem iuremus. Quē autē maior miseria ecclesie, q̄ nō amore, sed vi conglutinari, pontifices nō beneuolentia, sed potestate impare, Subditos non amore, sed odio & timore coactos seruire. Sed sequit̄ digna applicatio similitudinis.

Si conscientiarū factor & cognitor secretorum, cōditione hac vsus ē, nec semel tm̄, sed & secūdo & vsq; ad contristationem, qua nos oportet sollicitudine, tantā ecclesie prelationē imponere fratribus, quorū conscientias nō videmus?

Nec mirū certe, quia Petrus Paulus & aliq; Apostoli, nō erant tam solliciti, tanta sollicitudine, q̄ta nunc sunt Ro. Deinde quia cognouerūt forte conscientias illorū, quos sacerdotes cōstituebāt, nec exemplū Christi adeo curauerunt, Nōne hoc est seipm ridere? Sed nec Christus, cuius oues sunt pprie, licet p̄ eis se traderet, non tamen fuit tam sollicitus, vt iuramentū a Petro exigeret, sed velut dōrmitās, dilectiō nē tantūmō, rem sane leuissimā exegit. Quandoquidē nisi iuramentū paschalis charitati p̄poneret, sine dubio exemplo Christi contentus esset, nec se oportere magis sollicitum esse querebatur, q̄ Christū ipm. Vides em̄ vt arguit a minori, Christus exegit, q̄to magis nos, quasi vero hoc aliquid ad rem ptineat, q; Christus conscientias nouit, Ro: pontifex nō nouit, cum Christus exemplū in hoc omnib; p̄buerit imitandū, deniq; & nos nō nouimus conscientias Ro: pontificis, iuret ergo & nobis cōditionē, Christi saltem.

Iterū quero. Si ignorantia cōscientiarū sola est causa exigēdi iuramenti, Cur non cogis vt iuret se recte iurasse, idq; sine fine, cū in nullo iuramēto cōscientiā eius noscas, recte ne iuret, an secus? Si autē ignorantia ista cōscientie, nō mouet ad exactiōē iuramēti, qua fronte ignorantia cōscientiarū pro causa adducis? Quē est ista mirabilis in vno homine super eodem homine, patientia & impatientia ignoratē conscientie? Si accepto iuramento, tantā administratiōē ei cedis, cur non qd̄ leuius erat, iuramentū cedis? An putas q; maior res sit iuramentum tibi presūm, q̄ tantę ecclesie administratiō?

Ad hęc, ignorata conscientia debuit te q̄ tutissimū facere ad imponendā

imponendā prelationem, vteo magis relinqueres iuramentum,  
quo minus conscientias nosti, ne forte ad periurium eum cogeres.  
Gaudendum tibi fuit, hanc tibi a Christo relicta libertatem, vt possis  
eis oves committere, quorum corda nō nosti. Nūc per iuramentum se-  
creta exploras, aut in periculum fratrem adducis, quorum vtrūq; gra-  
uissimum est. Idq; sine causa, nec ppter deū, sed propter fidelitatem  
Ro: Ecclesię.

Demum, si ignorantia est causa iuramenti, sequitur, si scires  
cōscientiam, male te exegisse iuramentū. At cū quisq; de quolibet  
debeat optima psumere, & charitatis sit omnia credere, hęc ipa fides  
de fratris bonitate, certior est omni scientia, q; etiā si scires, diu scire  
non possis, credere autē semper possis.

Vltimo, Nūquid post iuramentū nosti eius conscientia: cur  
ergo non toto tēpore tibi iurat, qui toto tpe causas iuramenti tibi  
prestat? Hęc dixi, vt videamus quid sit verbo dei nolle cedere,  
& scripturas suo sensui aptare, quō ego sperem apud Ro: pont:  
esse ius interpretandę scripturę, qui tam manifeste scripturas i alieno  
sensu tractant: Vel quid nō obtineant in terra Rho: Quid non  
audeat eorū nomine adulescentes, si hęc persuasio eorū nos ceperit  
& euerit, nō liceret eorū dicta cū iudicio legere, & eis solis in-  
terpretandę scripturę iura cōcessa esse. Tūc em̄ (vt Aug: vbo abutar)  
vere sine periculo primatus huius in ecclesia luditur, sed mirum si  
non deo & nobis illuditur. Absit, absit, ista plus q̄ Babylonica  
captiuitas.

Sequitur nūc oppositorū dissolutio.

Autē omne iusiurandū a dño in Evangelio esse prohibitū, nec ab  
Apostolis post dñm, nec in concilijs inueniri posse statutum.

His sc̄tibus insuperabilibus prostratus, quid dicat, audiam?  
Quid est ergo, qđ dñs subsequenter, ait, Quod amplius ē a malo  
est: hoc em̄ ampli⁹, vt exigamus, malū, nos illo pmittere cōpellit.

Quod Christus phibet & negat, hic affirmat & p̄cipit, Chris-  
tus dicit, Qđ amplius est, a malo est, id est nō debet fieri, loquitur  
em̄ de pronitate iurandi, sine necessitate fratris, hoc ē de libidine iu-  
randi, sicut mulierem cōcupiscere phibuit, qui tñ debitū cōiugib⁹  
reddendū non prohibuit. Ita libidinē iurandi, nō iuramentū de-  
bitū prohibuit. Hic dicit, hoc amplius cogit nos, id est fieri oīno  
oportet, Sed audiamus, hoc malū quod nullus in verbis Euāgelij  
cogitauit vn̄q̄.

Nonne malū est, inquit, ab ecclesię vnitate, & a sedis Ap̄licę  
obediētia resilire, & contra canonū statuta p̄rumpere, qđ multi-  
tū post prestū sacramentū p̄sumpserūt:

E

Ego putabam q̄ hoc malū esset interpretaturus, non diligere Christū, nō pascere oues, & horū sollicitudine, exēplo Christi torqueri ad iuramenti exactiōē. Verū hęc Christ⁹ a Petro requirat, hodie curandū, ne ab obedientia sedis Ap̄licę resiliant Ep̄i.

Tunc ego, Ep̄us meus nondū quicq̄ illorū malorū fecit, ut quid ergo exigis iuramentū? An qđ ignoraseum nō facturū: Cur nō in omī p̄cepto dei exigis iuramentū? cur hic te nō cōpellit malum? an non est malū a p̄ceptis dei resiliere? Quin ecclesiā replet, nō nisi iuramentis: Si autē in dei p̄ceptis tam patiens es, ut te tot mala q̄ in p̄spectu dominātur etiā in domesticis tuis, ad iuramentū nō cōpellunt, quō in tuis p̄ceptis mala, nec p̄sentia, nec fore vnq̄ futura te compellūt: Nonne perspicuū fit, qđ amor sui quo magis sese venustat, magis seip̄m prodit: Prorsus nulla reliqua est ratio, quin si in tuis p̄ceptis iuramenta exigas pro tuo comodo, multo magis exigas pro dei cōmodo, aut si hic nō facis, nō sine culpa ibi facis. Habes ergo malū, qđ Ro: in Euangeliō intelligit, qđ ē suspicio mala, de fratribus bonis, nam transgressiones mandatorū an male sint, alij viderint. O oculus ambitionis & auaritię.

Sequitur.

Hoc nimirū malo ac necessitate cōpellimur iuramentū pro fide, pro obedientia, pro vnitate requirere.

Nūquid etiā pro fide Christi, p̄ obedientia dei, p̄ vnitate fratrum: Nō, sed hoc verbū ecclesię bonū & necessarium est, ut Roma secure dominet, & ceterę om̄es seruiant captiuitatem.

Proinde Christiani in India, adhuc magno malo laborant, ita suspicio pessima de optimis fratrib⁹ ē causa exigendi iuramentū, quā tñ nō habent in p̄ceptis dei, in quibus p̄sumūt oīa seruari.

Etiā hic vnitatē Ecclesię fidē & obedientiā Ro: ecclesię intelligit, nō fidem, spem, charitatē sacramēta, verbū, & cetera q̄ eadē sunt, sed hoc singulare, qđ nulli ecclesię conuenire volunt, nisi suę, & tñ vnitatē vo cant, sola Romana ecclesiā hoc habet, hodie vel summū bonū, & tñ ceterę om̄es in eo ip̄so conueniūt, qđ nō habēt, & sūt vnū in re non cōmuni, sed singularissima & vni homini tributa, Sic em̄ discēda sunt noua vocabula nostris t̄pibus in scripturis & Ecclesiā dei. Quāto rectius Cyprianus vnitatē hanc charitatē intellexit, sicut & Christus rogauit Iohā: xvij. ut sint vnū in nobis sicut & nos vnū sumus, vnū inquit in nobis, nō in Ecclesia Ro:.

In fine.

Aiunt in Concilijs non inueniri statutū, quasi Ro: Ecclesię legem Concilia vllam p̄fixerint, Cum omnia concilia per Ro: ecclesię autoritatem & facta sint, & robur acceperint, Et in eorum statutis, patenter excipiat Ro: pontificis autoritas.

Quis hæc ferat queso? Nūquid Nicenū Conciliū robur accepit, aut factum est autoritate Ro: ecclesię: nūquid & multa alia per Augustinū, & olim Cyprianū in Africa habita? Deniq; etiā si statuta exciperent Ro: pont: tñ ipse debet nolle excipi p̄ edificatiōe Ecclesię, Hic autē gloriā se nemini quicq; debere, vt & deus ei nihil debeat.

Ego sane, Archiepiscopo Panor: non tam duro & fragoso, plenq; contentioni & timore respondi sermōe, quo furor & odium suscitatur, sed dixissē. Sustine frater interim res magna est, tua solius gratia, hæc tñ subito cassare, q̄ nos nō statuimus. Sic em̄ pax & charitas aleretur. At ista decretalis merana superbiam, & præfractam fiduciam spirat.

Sunt præter hanc & alię quędam, p̄sertim illa de maioritate & obediētia. c. solite, adeo sine theologia, vt me misereat ecclesię illi⁹ tantū in traditionibus hominū occupatę, vt purissimum sensum Euangelię videre non permittatur, Sed abstineo hoc tempore, sat habens, ostendisse, cur ego me sufficienter honorasse videar Ro: pontificem, si eius decreta tulero, non autē eorum sensum tanquā solum & verū secutus fuero, ne forte, si pluribus ea exanimem, existerem studio delectationis, tantū verticis dicta carpsisse. Nolo ea damnare, nolo etiā eis cogi cōtra scripturę veritatē.

#### Ad Terciu, ad rationes.

Vbi illud primum tractandum, q; decreta quibus primatus Ecclesię Romanę probari a me dicitur, dixi intra quadringentos annos nata, & contra hoc esse, historias mille centū annorū.

Primo. Sciebam hæc offensura & manifestissime omnium falsa videri omnibus. Certum est em̄ esse decretis Ro: pontificum, ante mille annos certatū pro hoc primatu.

Ego autē hoc spectavi, q; Ro: Ecclesia nunq; fuit, nec est, nec erit vnq; super omnes totius orbis ecclesias, licet super plurimas sit, nec enim fuit vnq; super Gręcię, Aphricę, Asię ecclesias, nec eorum Episcopos confirmavit, sicut modo nostros confirmat, vt factis probant historię. Deinde sunt sine dubio Christiani in oriente, cū Christi regnum sit orbis terrarū iuxta ps̄ ij. & tamen Episcopi eorū non instituitur, non confirmantur, e, Roma, nec ē necessariū.

Eij



Deinde ab hoc tpe cœperūt multiplicari leges & iura. Nam Greg. ix. Bonifacius octauus, Clemēs quintus, nisi cōsarcinassent, & alias recisas, alias additas ep̄as, scholis legē das ac docendas tradidissent, sine dubio tot maria glossarū, & infelicissimū iuris studium nō essent. Delituisse autē tam decreta q̄p decretales, magno ecclesie lucro, & Euāgelij cōmodo, intra arcas Romani pontificis. Nunc autē que sit facies ecclesie vigore istarū legum, satis plus videmus, nec hoc satis, indies augetur eiusmōi libri, & tū nihil faciūt, nisi q̄p plures animabus laqueos ponūt, inde dispensationū, concessionalium, indultorū, exemptionū turpissimę nundinę. Inde Episcopatuū, sacerdotiorū, officiorū, palliorū, annatarū, rapinę, & venditiōes impudentissimę, inde censurę, minę, fulmīa, vis, fraus, dolus, & infinita monstra, quorū nullū aut saltem rarum esset. Si Ep̄le eiusmōdi, sicut oportuit, intra annales & regestas mansissent sepelire, & Euāgelio in publico locū reliquissent. Proinde traditiones Ro: nūq̄ ita sensit mūdus, vt in annis istis quadringentis, ideo totū eorū pondus & omnē vim, Greg. ix. tribuēdū existimo, per quē velut nax sunt & ortę. Ab hinc em̄ vsus eorū robur accipit & inualuerūt, vt legibus istis & traditionibus ita sint oīm officia, statuta ecclesie, ordines in vnū Cahos confusa, intra istos quadringentos annos, vt Babylonę ip̄a confusior sit hodierna ecclesia, Nemo in suo ordine incedit, quilibet sibi ex vrbe legē emit, qua viuat, ille exemptus, iste priuilegiatus, iste familiaris, iste officialis, iste nescio quo titulo, omēs libertatem quidlibet essendi, faciendi, audendi habent, per has Ro: leges, Nec Romę aliud curatur, q̄ vt hac ecclesie summa calamitate roboretur, prās & dominatio sua in oīm indiuiduo suo sola. Et hūc ecclesie occasum, si q̄n gemimus, si dolemus, si querulamur, hereticus sumus, irreuerentes in Ro: Eccliam sumus, scandalosi, sediciosi, p̄ces sumus, Quia videlicet q̄rulari nō possumus, nisi Ro: pontificis, tū iura, tū prātem, imo tantas iniurias populi dei, simul tangamus. Nam hic fons est, aut seruandę, aut perdendę ecclesie. Cum autē hodie om̄ia sint in vrbe, inquinatissima & corruptissima, & agentibus impijssimis adulatoribus, de ip̄is nihil liceat vel mutire, nisi quod portenta ista laudet, iustificet, glorificet, Quid mirū, si sub venerabili Ro: ecclesie nomine, tot mala inundauerint in omnē ecclesiam pleno impetu, & p̄cipiti, & cui nemo resistere possit, gurgite.

Leniq; eo deuenit legū Romanarū studiū & Euāgelij neglectus, vt necesse habuerint, statuere in Cōcilio nouissimo, Anisimā hominis esse imortalem, Quid putas hoc decretū indicat?

Itaq; vnusquisq; in sensu suo abūdet / mihi decretorū auctores

sunt, Greg. ix. Bonifacius viij. Clemens quintus, & Extravagan-  
pontifices, Quae si instar Epistolarum Gregorij, Augustini, Hier-  
onymi, Bernardi, & aliorum, vel in Bibliothecis vel arcis, p-  
cusq; arbitrio consulenda, citra vltimū p-ceptū, relicta fuissent, foeli-  
cior esset ecclesia. Nūc vero qm̄ summis articulis fidei equantur, ab  
adulatoribus autē & p-feruntur, fructū illarū habemus, ordinis ec-  
clesiastici confusione, Conscientiarū horrendas carnificinas, Euā-  
gelij ignorantia, scelerū impunitissimam licentiā, adulatorū Ro-  
manensiu, odiosissimam tyrannidem, donec id meruerint, vt sub  
vasto celo, nō sit nomen odiosius, & graeolenti⁹, nomine Ro-  
Curij.

Ex his credo intelligi, me non fuisse tam crasse ignorantē, vt  
nescirem longe ante, cccc. annos decreta Ro: pōtificis nata, Alio-  
quin quō certos, cccc. annos, & nō plus aut minus potuissem re-  
citare: quō iudicare, qd essent frigidissima: quō historias allegare:  
quō textū scripturę contrariū asserere: nisi diligentissime om̄ia pers-  
uidissem & contelissem. Ex his indicijs volui nasuto lectori  
satisfactū, vt me nō sine causa, sic posuisse cognosceret, nec igno-  
rantia, sed de industria sic locutū fuisse, Simul qd insidiosę & adula-  
torię ppositioni Eccij per om̄ia parrefere volui. Qui cum  
asruisset ante tpa Syluestri Ro: Ecclesia fuisse alijs superiorem, &  
ego psualissimū haberē, Eccij nō esse tam impudentē, vt publice  
mentiretur, nec tā ignarū historiārū, vt hæc vera crederet, insidias  
suspiciatus sum, vt quimorem sophistarum & lubricitates istorum  
protheorū probe callerem. Quis volent, falsum facient verum,  
& verū mutant in falsum, cū interim in alijs, eū loquendi rigorem  
exigant, vt nec verba dei tuta corā eis sint. Proinde volui animo-  
siozem ac an̄ diē triūphabundū reddere, sicut ipse me formidabū-  
dū nifus est facere.

Cū ergo mihi satis esse potuerit, qd scripturę sanctę autoritas  
mecū est, qua probatur primatus ecclesiasticus, iure diuino nullus  
esse, tamen ne solus & solas scripturas factare videar, iam & aliorū  
sententias audiamus cū rationibus.

Primus est D. Hierony: in epl'a ad Enagrium, sic scribēs.  
Legimus in Iſa. Fatuus fatua loquitur, audio quendā in tantā eru-  
pisse vecordiā, vt diacones presbyteris anteferat, Nam cū Apłus  
perspicue doceat, eosdem esse presbyteros quos ep̄os. Quid parit  
mēsarū & viduarū minister, vt super eos stumid⁹ se efferat, ad quū  
preces corpus & sanguis Christi conficitur: Quæris autoritatem?  
Audi testim̄ oniu, Paulus & Timotheus serui Ihesu Christi, oibus  
sanctis, qui sunt philippis cum episcopis & diaconibus.

Eiij

Vis & aliud exemplū: In actibus Apostolorū, ad vnius ecclesie sacerdotes, ita Paulus loquitur. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo Spūs sanctus posuit episcopos, & regatis ecclesia dei, quā acquisiuit sanguine suo. Ac ne quis contentiose i vna ecclesia plures fuisse episcopos cōtendat, audiat aliud testimoniū, in quo manifestissime comprobatur, eundē esse episcopū atq; presbyterū. Propter hoc reliqui te Crete, vt quę deerant corrigeres & cōstitueres Epōs per ciuitates, sicut tibi mandauit, si quis est sine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles, nō in accusatiōe luxurie, aut nō subditos, oportet em Epōm sine crimine esse, sicut dei dispensatorē. Et ad Timo: Noli negligere gratiā, quę data ē tibi per prophetiā, & per impositionē manū presbyteri. Sed & Petrus in epl'a prima, presbyteros qui in vobis sunt, precor ego compresbyter, & testis passionū Christi, & futurę quę reuelanda ē glorię particeps, regite gregē Christi, & inspicite nō ex necessitate, sed voluntarie iuxta deum, quod quidē gręce significantius dicitur, *ἐπισκοποῦντες* vnde & nomen Epī tractū est. Parua tibi vidēt tantorū testimoniā virorū: Clangat tuba Euāgelica filius tonitruū, quē Ihesus plurimū amauit, qui de pectore saluatoris, doctrinā fluente potauit, Presbyter electę dnę & filijs eius, quos ego diligo i veritate, Et alia epl'a, Presbyter Gaiō charissimo quē ego i veritate diligo. Quod autē postea vnus electus est, qui ceteris pponeretur, in remediu schismatis factū est, ne vnus quisq; ad se trahens, Ecclesia Christi rūperet, Nam & Alexandria a Marco Euangelista, vsq; ad Esdrā & Dionysiu Epōs, presbyteri semper ex se vnum eligebant, & in excelsiore gradu collocabant, quē Epōm nominabant, Quo mō si exercitus sibi imperatorem faciat. Diaconi autē eligant de se, quē industriū nouerint, & archidiaconū nuncupent. Quid em facit, excepta ordinatione Episcopus, qđ presbyter non facit, Nec altera Romę vrbis Ecclesia, altera toti orbis estimāda est. Et Gallię & Britannię, nam & Africę & Persis, & oriēs, & India, & omēs Barbarę nationes vnū Christū adorant, vnam obseruāt regulā veritatis. Si autē autoritas queritur Orbis maior ē vrbe, vbiq; Epus fuerit, siue Romę, siue Engubij, siue Constantinopolis, siue Rhegię, siue Alexandrię, siue Thanis, eiusdem meritū ē, & eiusdem sacerdotij potētia diuinarū, & humilitas paupertatis, vel sublimiorē, vel inferiorē facit, ceterū omēs Apłorū successores sunt.

Hęc. D. Hieronymus.

Nihil de mutatione tpm loquor, nihil de iure positiuo, hoc contendo, Si vnus Epus iure diuino ceteris pfertur, manifeste hic

Hieronymus heresim docet, nō solum ipse (nam ei nō crederem)  
Sed Petrus, Paulus, Iohannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles  
autores, Quis quēso his resistet? Cur adulator negat Ro: pontifis  
ēē ceteris esse coepiscopū, cū prim⁹ Pet⁹ se cōpresbyterū appellet?  
Si successores sunt petri, Quid erubescūt titulū sui p̄decessoris? Si  
nomen superbissimum, Sanctissimi, Summi, maximi pontificis  
hereditant ex recentibus: Cur nō nomē cōpresbyteri & coepiscopi  
a primo? Obsecro An Petrus, Paulus, Iohānes, Lucas, & omnes  
Aplī ignorauerūt, quid verbū Christi voluit, Tu es Petrus, & tibi  
dabo claves, & pasce oues meas: Si me oīno hereticum clamant,  
qui omnia quę volūt tribuo Ro: pontifici, solū ne autoritate scrip-  
turę, id est mendaciter facere cogar, parcant Sancto Hieronymo,  
tantis autorib⁹ munito, proclamat ille longe impudenti⁹, Ep̄os,  
potencia diuinarū, & humilitate paupertatis inuicem esse, vel sub-  
limiores, vel inferiores. Ego consensu fidelīū, & decretis hominū  
id astruo, Cur nō hūc irreuerentē, blasphemū, sediciosum, bissep-  
cies comburunt, heretice prauitatis prauissimī inquisitores: Sināt  
me cum Hieronymo interim sapere, Sinant cū Paulo, Petro, Ioh:  
Luca sentire, Si hoc non est satis, Age comburant sua decreta pri-  
mū, Nam hęc epistola recitatur in decretis, dif. xciiij. .c. legimus, les-  
gitur, auditur, docetur, approbatur, hęc ab vniuersis in Ecclesia  
Romana, Cur ego vnus prohibeor dicere & sentire, quod ip̄met  
omnes dicūt, sentiunt, iubentq; sentire? Hieronymus non modo  
episcopos equat inter se, sed & presbyteros episcopis comparat,  
alterum gratis, alterum officij nomen esse pronūcians. Ego longe  
reuerentius locutus nihil peto, nisi vt contra hanc veritatem, non  
cogar scripturas & verbum dei illudere. Sit Ro: pontifex, quicq; d  
voluerint, Modo autoritate scripturę, id nō astruant, sed & scrip-  
turarum sensui aptari patiar, Modo ne hūc esse germanum &  
solum sensum contendant Sat ergo est, quod frigidissimis decres-  
tis primatus asseritur, qui feruentissimis dei verbis negatur, Sed aus-  
diamus iterum eundem, in cōmētario super epistolā ad Titū.

Idem est ergo presbyter qui episcopus, & ante q̄ diaboli in-  
stinctu, studia in religione fierent, & dicretur in populis. Ego sum  
Pauli, ego Apollo, ego autem Cephe, communi presbyterorum  
consilio Ecclesię gubernabantur, postquam vero vnusquisq; eos  
quos baptisarat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe des-  
cretum est, vt vnus de presbyteris electus superponeretur,

ad quē omēs ecclesie cura pertineret, & schismatū semina tollerent, putat aliquis nō scripturarū, sed nostrā esse sententiā, Ep̄m & presbyterū vnum esse, & aliud status, & aliud esse nomen officij, relegat Apostoli ad Philippenses verba, & cetera quę supra in epistola ad Enagriū induxit, Et in fine, Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesie cōsuetudine, ei qui sibi prepositus fuerit, esse subiectos. Ita Ep̄i nouerint se magis consuetudine, quā dispensationis diuinę veritate presbyteris esse maiores, & in cōi debere eccliam regere.

Hęc ille. Vide ergo, An propositio mea male vel bene dixerit, esse cōtra scripturarū textū, Ro: ecclesia esse alijs superiorē, cū etiā sit contra ipsa decreta. Nam & hęc. B. Hiero: verba recitatur dif. xcv. c. olim, atq; si non ibi approbarent, tū quia solidis pugnant diuine scripturę armis, etiam si totus mundus, & angelus de cœlo contradixerint, nihil dixerint, Atq; ita satis puto & probatā nostram propositionē, & dissoluta omnia argumenta, quę vel fingi contraria possunt, stat sententiā fixa, nō dispensationis diuinę veritate, sed ecclesie cōsuetudine Ep̄os esse maiores presbyteris.

Addo terciū decretū eadē dif. xcv. c. Ep̄us. Episcopus in quōlibet loco sedens, stare presbyterū nō patitur. Et iterū alio, c. Ep̄us. Episcopus in ecclesia in confessū presbyterorū sublimior sedeat, intra domū vero collegam presbyterorū se esse cognoscat. Hęc ibidem esse decreta Concilij Carthagineū, quarti dicuntur. Quę certe heretica sunt, scandalosa & seditiosa, vt vocant, si Ep̄i iure diuino presbyteris sublimiores sunt, quos esse collegas ep̄os statuūt, multo magis, si vnus Ep̄us ceteris sublimior est. Deleant ergo primum sua decreta, quę nos cogūt discere, vt quid damnant in nobis, quod ipsi nos docent & patet itaq; re ipsa equales ep̄os inter se & presbyteros, solo vsu, & ecclesie causa, aliū aliq; preferendū. Ex quo vltius sequitur, Si primatus Ro: pontificis vergere incipiat in ecclesie detrimentū, oīno tollendus est de ecclesia, quia humana iura & consuetudines, pro ecclesia seruire debent, non contra ecclesiā militare. Quod si non fiat, iam corā deo traditio hominū irrita facit mās data dei, Quare vide quā tenui pendeat filo, Romanorū adulatorū tyrānis, quę seipsam autoritate diuina conata stabilire, seipsam penitus ea ratione subuertit.

Huc & Cyprianū voco, quem & B. Aug: allegat li. ij. c. ij. de baptismo dicentē. Neq; em̄ quisq; nostrū Ep̄m se esse episcoporū constituit, aut tyrannico terrore ad obsequēdi necessitatē collegas suos adigit. Quā habet omnis Ep̄us pro licentiā libertatis & patris suę arbitriū propriū, tanq; ab alio iudicari nō possit, quō nec ipse potest alterū iudicare, sed expectem⁹ vniuersi iudiciū dñi nr̄i Ih. Chri. Hic

*traditio*

Hic gloriosus martyr, palam cōfiteatur tyrannidem esse, ab vno Ep̄o  
alios cogi ad obedientiā. At hanc tyrannidē, velut iusticiā, pene oēs  
decretaliū syllabꝫ, & statuūt & seruāt tanq̄ diuinā autoritatē. Deinde  
mirū est q̄ B. Aug. nō redarguit Cyprianū a se allegatū, Si sensit eum  
cōtra ius diuinū loqui, sed potius cū eo cōsentit, omnes scz esse Ep̄os  
ēquales.

Sed videamus & alia.

Idem Cyprianus lib. eplaz̄ primo. epl̄a iiii. ad Felicē presb̄y-  
terū, pbaturus diuinis testimonijs, Q̄ in p̄tate nō Ep̄orū, sed plebis  
maxime sit eligere aut recusare, Ep̄os dicit, ppter qd̄ plebs obsequē  
dūcis p̄ceptis, & deū merēsa peccatore p̄posito separe se debet, nec  
se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, Q̄ n̄ ip̄a maxie habeat po-  
testatē vel eligendū dignos sacerdotes, vel indignos recusandi. Qd̄  
& ip̄m videmus de diuina autoritate descēdere, vt sacerdos plebe p̄-  
sente, sub oīm oculis deligatur, & dignus atq; idoneus, publico iu-  
dicio ac testimōnio cōprobetur, sicut in nūeris Mosi p̄cepit dñs di-  
cens, Prehendē Aaron fratrem tuū & Eleazarū filiū ei, & impone eos  
in montē corā oī Synagoga, & exue Aaron stolam eius, & indue  
Eleazarū filiū eius, & Aaron appositus moriatur illic, Corā oī Sy-  
nagoga iubet, deus constituit sacerdotē, id est, instruit & ostendit ordi-  
nationes sacerdotales, non nisi sub populi assistentis cōscientia fieri  
oportere, vt plebe p̄sente, vel detegatur malorū crimina, vel malorū  
merita p̄dicentur, & sit ordinatio iusta & legitima, que oīm suffra-  
gio & iudicio fuerit examinata, quod postea scdm̄ diuina magisteria  
obseruatur in actibꝫ Ap̄torū, Q̄n̄ de ordinando in locū Iudē Ep̄o  
Petrus ad plebē loquit. Surrexit, inquit, Petrus in medio discentiū,  
fuit autē turba in vno, Nec hoc in Ep̄orū & sacerdotū, sed in dia-  
conorū ordinatiōe obseruasse Ap̄tos animaduertimus, de q̄ & ip̄o  
in actibus Ap̄torū scriptū est. Et cōuocauerūt, inquit, illi duodecim,  
totā plebem discipulorū, & dixerūt eis, Quod utiq; idcirco, tā dili-  
genter & caute cōuocata plebe tota gerebat, ne quis ad altaris minist-  
teriū, vel ad sacerdotalē locū indignus obreperet.

Propter qd̄ diligēter de diuina traditione, & aplica obseruatione  
seruandū est & tenendū, qd̄ apud nos q̄q; & fere puincias vniuersas  
tenet, vt ad ordinatiōes rite celebrandas ad eā plebē, cui p̄positus or-  
dinat, Ep̄i eiusdē puincie p̄p̄inqui quiq; cōueniant, & Ep̄us deligat  
plebe p̄sente, que singulorū vitā plenissime nouit, Quod & ap̄d vos  
factū videmus, in Sabini, n̄i Collegē ordinatiōe, vt de vniuersē fra-  
termitatis suffragio, & de ep̄orū, qui in p̄sentia cōuenerāt, qui de eo ad  
vos lras fecerant, iudicio ep̄atus ei deferretur, & manus ei in locum  
Basilidis imponeretur.

Hūc ritū per multas & alias epl̄as, idē Cyprianus cōmemorat,  
sem̄ suffragiū populi & iudiciū p̄p̄inquoꝝ ep̄orū, ita allegans, vt

hanc ex deo ordinationē esse cū fiducia pronunciet :

Qui ritus, quid sit ad cū qui hodie ex vrbe petitur, in q̄ non mō exclusus est populus, sed nec sacerdotū electio sat is ē, alijs relinquo. Nec referre est necesse, q̄to felicius hodie is ritus diuinus seruetur, p̄sertim tot sacerdotib⁹, malis regnātib⁹, & inuito populo impositis. Nā videmus per Ro: Curia, p̄ gr̄as suas expectatiuas, passim i mūdū etiā intrudi sacerdotes, transeāt hęc, hoc q̄ror, Q̄ hūc ritū sacratissimū & vetustū, iuricq; diuino per omnia cōformem, hi nōi hereticū & damnatū haberi volūt, p̄ ritu sūo recentiore, cū certū oībus sit, S. Nicolaū, S. Martinū, S. Augustinū, S. Ambrosiū, oēsq; priscos patres, eo mō fuisse ordinos. Sit itaq; ritus hodiernus, qualis esse potest, modo Ro: pontificē, nō iure diuino id posse, putemus ne tot sc̄culorū sanctos & martyres cōtra ius diuinū egisse dānemus.

Gregorius primus li. iij. registro, ep̄la xxxij. licet per autoritates illas, palce oves meas, & tu es Petrus &c. Petro Apl'orū principi totius Eccl'ie curā a dño cōmissā dicat, tū in hac cura nullū Ep̄m ei successorē patitur, Sed nec Petrū Apl'm vniuersalem appellari dicit, scribens ita Mauritio Augusto de Iohāne Constantino politico, Cura totius Eccl'ie & principatus Petro cōmittit, & tū vniuersalis ap̄lus nō vocat. Et vir sanctissimus cōsacerdos meus vocari vniuersalis Ep̄s conatur. Exclamare cōpellor, o ip̄a, o mores, Et infra, Si nomē illud in Eccl'ia sibi quisq; arripit vniuersa ergo ecclesia (quod absit) a statu suo corrūt, qn̄ is qui appellatur vniuersalis, cadit, Sed absit a cordibus christianorū nomen istud blasphemie, in quo oīm sacerdotum honor adimitur, dum ab vno sibi dementer arrogatur.

Ecce habes q; blasphemie nomē sit, vniuersalis Episcopus. Quid putas de nomine Summi, maximi, sanctissimi, dixisset?

Sequit. Certe p̄ beati Petri Apl'orū principis honore per venerādam Chalcedonensem Synodū, Romano pontifici oblatū est, sed null⁹ eorū vnq; hoc singularitatis vocabulū assumpsit, nec vī cōsensit, ne dū priuatū aliquid daretur vni, honore debito priuarentur sacerdotes vniuersi.

Perspicuū est hūc Grego, qui se cum totorū sacerdotū seruū potit⁹ q̄ dñm vocat, & seruū seruorū dei, nō credidisse, solū Ro: pontificem Petri successorē esse, vt qui abhorreat princeps sacerdotū & Ep̄orū dici, cum illū principē Apl'orū dicat.

Idē in sequēti ep̄la ad Cōstantiā, eundē Ioānē lucifero compar, d. quia illū videlicet imitatur, qui spretis sociali gaudio angelorum legionib⁹ ad culmen conatus est singularitatis erūpere.

Idē ep̄la. xxxvi. ad Eulogiū Alexandrinū & Anastasiū Antiochenū Ep̄os, sicut nouit venerāda sanctitas v̄ra, per sanctā Chalcedonensem Synodū, pontifici Sedis Ap̄licę (cui deo disponente de-

seruio) hoc vniuersitatis nomē oblatū est, Sed nullus vnq̄ decessorū  
meorū, hoc tam pphano vocabulo vti consensit, quia videlicet, si  
vnus patriarcha v̄s dicit, patriarcharū nomē ceteris derogatur, Sed  
abli hoc a Chriana mēte, id sibi velle quēpiā arripere, vnde fratrum  
suorū honorē iminuere ex quātulacūq; parte videatur.

Et infra de eodē, Vniuersa tentat sibi ascribere, & oīa q̄ soli vni  
capiti cohērēt (videlicet Ch̄o) per elationē pōpaticī sermōis, eiusdē  
Ch̄i sibi studet subiugare. Obsecro quid mereretur, qui hodie sic  
loqueret: hic Greg. Ro: pontifex persequit tāq̄ pphanū, qd̄ n̄i sta-  
tuūt, quasi sit ius diuinum.

Et epl̄a xxxviij̄ ad ip̄met Iohannē Ep̄m p̄dicta iterans, & cor-  
p̄ios explicās d. Certe Paul⁹ Ap̄tus cū aū dicit q̄sdā dicere. Ego sum  
Pauli, ego Apollo, ego vero Cephe, hāc dilacerationē corpis dñici,  
per quā mēbra eius alijs se capitib⁹ q̄dāmō sociabāt, vehemētissime  
phorrescēs exclamauit & dixit. Nūquid Paul⁹ p̄ vobis crucifixus ē?  
aut in Pauli nomine baptisati estis? Si ergo ille mēbra dñici corpis certis  
extra Ch̄m, quasi capitib⁹, & ip̄is quidem Ap̄tis subijci particulariter  
euitauit. Tu quid Ch̄o v̄s sanctę Eccl̄ię capiti in extremi iudicij es  
dicturus examine, qui cūcta eius mēbra tibi met conaris, v̄s appella-  
tione supponere?

Et infra. Certe Petrus Ap̄tus primū mēbrū sanctę & v̄s Eccl̄ię ē  
Paulus, Andreas, Ioānes, quid aliq̄ q̄ singulariū sunt plebiū capita,  
& n̄ sub vno capite omnes sunt mēbra Eccl̄ię. Sed hęc satis.

Audiamus itā ip̄m Caput oīm, Quid super huius Monarchię  
statu diffinierit. Nā hic p̄sciū futurorū, quęstionē hāc prior oīm, &  
dedita opa dissoluit, & tot adhuc sc̄culis super ea certat, quasi verba  
Ch̄i sumus sint, & inanī fabula. Dicitur itaq; Luce xxij̄.

Facta est autē contentio, quis eorū videret esse maior, dixit autē eis,  
Reges gentiū dñant eorū, & qui p̄tatem hñt sup eo sbenefici vocāt.  
Vos autē nō sic Sed q̄ maior ē v̄m, fiat sicut mīor, Et q̄ p̄cessor est,  
sicut ministrator (Et ex m̄ suū subiūgit) Nā quis maior ē, qui recūbit,  
an qui ministrat: Nōne qui recūbit? Ego autē in medio v̄m sum, sicut  
qui ministrat. Vides q; Ch̄us aperte p̄nūciat esse reges gentiū,  
nō pontifices q̄ volūt esse maiores, Et p̄tatem illā mundanā (i. sine  
v̄bo & dilectōe) p̄fus dānat. Verū ego credo, q̄nquidē eccl̄iā  
necesse fuit semp a gentib⁹ opprimī, vt Ezech. iij̄. d. In medio gentiū  
posui eā. Et ps. cix. Dñare in medio inimicorū tuorū. Ideo q̄n defunt  
gētes alię, vt scriptura impleat in Eccl̄ia, Reges gētiles fieri oportuisse  
& p̄tate dñante sup Eccl̄iam tyrānifare, diligendi & docendi officio  
ad alios trās lato.

Itē Marci x. Vbi filij Zebedei ad p̄tatem  
aspirarunt, vt vnus ad dexterā & sinistram sederet, acceperunt sanc-

Fij



responsum dignū, scz vt calicē biberēt, nec tñ certi vbi sessuri essent. Hanc ambitionis infirmitatē, qd mirū est in pontificibus q̄q; Ro: fuisse q̄tūlibet sanctis, etiā martyrib⁹, qñ in Apl̄is eā Christ⁹ pulit. Deniq; cū illi duo Apl̄i hac arrogantiā ceteris indignationē cōmō- uissent, Et iterū oriretur cōtentio de maiōritate. Ihesus cōuocās eos, dixit eis, Scitis, quia h̄ qui vident genib⁹ principari, domināt eis, & principes eorū habēt p̄tatem eorū, Nō autē ita ē in vobis, Sed quicūq; voluerit fieri maior, erit vester minister. Et quicūq; voluerit in vobis primus esse, erit oīm seruus (iterū exēplū sui addit) Nā & filius hōis nō venit vt ministraret ei, sed vt ministraret, & animā suam daret redemptiōnem pro multis.

Itē eiusdē ix. Et venerūt Capernaū, qui cū domi essent interro- gabat eos, Quid in via tractabatis: At illi tacebāt, Siquidē i via inter se disputauerāt, quis eorū maior esset. Et residens vocauit duo decim, & ait illis. Si quis vult primus esse, erit oīm nouissimus, & oīm mis- nister. Et accipiens puerū statuit eū in medio eorū, quem cū cōplexus esset, ait illis. Quisquis vnū receperit in nomine meo, me recipit.

Eadē Lucas ix. Intrauit autē cogitatio in eos, quis eorū maior esset. Ac Ihesus videns cogitatioēs cordis illorū, apprehēdit puerum, & statuit illū secus se, & ait illis. Qui cūq; susceperit puerū istū i nomine meo, me recipit. Et quicūq; me receperit, recipit eū, qui me misit. Nam qui minor ē inter vos oēs, hic maior ē.

Itē Matt. xvij. In illa hora accesserūt ad Ihesum discipuli dicētes. Quis putas maior ē in regno celorū. Et aduocās Ihesus paruulū, statuit eū in medio eorū, & dixit. Quicūq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior ē i regno celorū.

Nūc vide, quātis verbis, quot exēplis, quāta diligētia Christus p̄uenit & phibuerit ambitionē illā, quā tāto tum ore iactāt decreta & decretales, ac ita repetūt & inculcāt, ac si hoc sit p̄scere populum Ch̄i, qd est potestatem iactare & ambire.

Vnde meo iudicio, sicut Apl̄i vsq; ad finē vitē Ch̄i, cōtende- rūt, nec tot exēplis & verbis Ch̄i, ab hūana ista affectiōne tēperarūt, & tñ nullū pmisit obtinere primatū, donec oēs dispersi eū relinqrēt. Ita in ecclesia tot iam seculis cōtendit de primatu phibito, nec audīt Ch̄us interim tot vocib⁹ resistēs, nec vlli obtinere pmittens, donec forte & ip̄i, adueniēte Antich̄o, dispergātur, & Ch̄m negent.

Nā Apl̄i primū, hęc pulchre seruabant, qñ Iacobū minorem Ep̄m Hierosolymis constituerūt, & Petrus Iacobus ac Iohānes a se, suos primatus reiecerūt. Post illos autē mox tam Ch̄i q̄ Apl̄orū ex- emplo neglecto sine fine cōtendūt, nō pro verbo, quo plus doceāt, sed quo latius mandare, ligare, soluere, & lucrari queāt, sic eñ & nos infirmitates p̄ntificū, nō sine multis scandalis ferre cogimur prop̄ter Christum.

¶ Nūc ex Historijs & Rationibus.

Prima, est: ipsa actū Apłorū, vbi Petrus equalis scribitur ceteri, Apłis, deniq; suisermonis. c. xv. confirmationem a Iacobo accepit, Deinde, nullū Apłorū ipse ordinauit, nec vllus sub ipso fuit, Quō ergo successor Petri, oīm Apłorū successores sub se habere pōt: Quid quēso ad hęc dicit ab vllō pōt: Itē Matthiā nec ipse, nec oēs simul ausi sunt in Apłm ordinare, sed ex deo postularūt tm.

Secūda. Gala. ij. Antiochie Petrus a Paulo rēphendebat, in quo patet Ro: pontificem subesse cuilibet melius sentienti, Nec ideo verū esse, aut bonū, quia ipse sic dicit aut facit, sed ratio nē reddere tenetur, imo nō semper pōt reddere, sed cū Petro aliqñ errat.

Tercia. Ecclesiastica hist. li. v. Victor prim⁹ Ro: pont. Asię Epōs voluit excōicare, redargutus autē ē nō a Paulo, sed ab Hyrenço Lugdunē. & coercitus etiā a ceteris oībus monitus & iussus pacē habere, & Ecclesiā nō cōturbare, quibus sicut decuit, cessit. Itē ibidem. Anicetus q; cessit Polycarpo Smyrno Epō, nec eū cogere potuit, in sua decreta. Item histo. tripar. li. iij. Iulius primus conat⁹ prohibere, ne citra suā autoritatē Conciliū cogere, Orientales Epī inasriter egit, quia nihil illi hoc curarunt, & acutissime ei rescripserūt.

Quarta. Romanū pontificē esse oīm superiorē hūano decreto sancitū est, nempe Cōstantini quarti Gręcorū Imperatoris, vscribit Platina in Benedicō. ij. nec sic tñ obseruatū Epī salijs.

Quinta. Nūquid Cyprianū & Aug. aliosq; Affricę Epōs confirmauit Papa, qui tñ de latina ecclīa erant: Nūquid eorū Cōsilia impediuit, aut Cōsiliabula fuerūt, quia sine Ro: pont. autoritate gesta sunt, vt in eorū libris dare habetur.

Sexta. Quā Alexādrinū, Antiochenū, Hierosolymitanū, & alios Aegypti, Arabię, Syrię, Asię, totiusq; orientis Epōs instituit: Hī oēs ergo hęretici fuerūt & absit.

Septia. Necho die sub Rom: pontifice sunt, qui i Perside, India, Schithia, totaq; oriente sunt, An putas nullos ibi esse Chīianos: & regnū Chīi in Romā coactū, cuius sunt oēs fines terrę. ps. ij. & xxi. An nō sunt Epī, q̄ a nō induūt vestes, nō habēt palatia, equos, aliaq; pompas Romanas: Sufficit q; verbū dei docēt, & diligāt ac pascāt, quia se, nec Apłos cōfiteberis epōs fuisse, si faciem rerū, non res ipsas contēplari ceperis, Imo eo meliores Epī, quo a laruis facierū remotiores, & eo minus Epī, quo ppiores.

Octaua. Scribit Hiero: de Illust. viris, q; Achaons Epū Cæsariē. discipulus Eusebii Pamphili, Imperante Cōstantio Liberū Papā deposuerit, & Felicē cōstituerit. Itē Iohannē Chrysofomū, nō Ro: pontificē, sed Theophilus Alexandrinus & Epiphanius Cypri Epī, vt in tripart. deposuerūt, Idem Epiphani⁹ Cypri minor Episcopos

Iohāne Hierosolymitano Epō, eundē excōmunicauit. Et si historias cōsideres, quō nūc Impatores papā, nūc cōtra papam imperatores, Itē Papa Epōs, & Epī Papā mutarint, stauerint, deposuerint, credas te Iliada quandā videre, nec mirū, quia Christū nō audierunt anibitiones phibentē, ideo toties collidūtur & turbant, penituit cōmunicasse cū illo, vt d. Hierony: scribit cōtra eundē.

Nona. Quid ad hoc dicemus: vera ne est illa snia quā tota Ecclesia, omnia etiā decreta, oēs doctores tenent, esse videlicet Epōs Apł'orū successores, vt dñs, xxi. c. in nouo. Si est falsa quid iactatur tanta auctoritate? Si vera. Quō solus Ro: pontifex est successor vnus Apłi Petri, & ceteri omēs Ro: pontificis sunt subditi? Cur non & alij Apłi habent successores? aut fuerūt ceteri Apłi successores vnus Petri? cur ceteris Apłis aufertur sua gloria & tribuit soli Petro? Cur non quilibet Epī habent, qđ Apłi eorū habuerūt, cū Ro: habeat, qđ Petrus suus pdecessor habuit? Muta ergo verbi, & dic qđ Epī sunt Apł'orū successores, sed vnus Epus Ro: est vnus Apłi successor. Ista ratio fateor, nisi ego sum infensator trunco, cogit & oīm obstruit os, Esse Epōs omēs equales, & sicut Ro: pontifex a nemine ordinat, Ita quilibet per solā electionē, sicut ipse ordinari debet, iure diuino. Stat enī firma snia Nullū Apł'orū a Petro missum esse, sed omēs eadem a Christo dño, equalia accepisse in suas sortes, ergo eoꝝ Epī successores, equalia habēt cū Ro: pontifice, excepta p̄rogatiua honoris seu dignitatis, sicut Paulus ad Corinthios clare scribit. Quid enim minus feci a magnis Apostolis.

Decima, responde. Si Ro: pontifex p̄cepto dei est vicarius gñalis in tota Ecclesia, sequitur ineuitaliter peccare eos, imo esse hereticos, qui nō sub eo fuerint. At tūc ecclesia tota primitiua, saltem vsq; ad eccc. annos cū tot martyribus & sanctis, hereticierunt. Obsecro quid p̄dest tantā blasphemā in Ecclesia p̄ tumide p̄tatis pompa statuere? deniq; etiā sanctus Petrus erit hereticus, qui añ Ro: ecclesiā cū Apł'is fuit Hierosolymis. Vincit me hęc ratio inuicta.

Vndecima. Si vlla Ecclesia est prima, & mater oīm, nō est alia nisi Hierosolymitana, vt dixi supra. Quid enī faceret Roma, si haberet hęc p̄se, quę habet illar. Nempe qđ Isa. & Michē, & oēs p̄phete p̄nūciarint, de Zion exiturā legē Euangelij, & de Ierusalē verbū dñi. Itē qđ dñs ibi dedit gloriā in domo sua nouissima, vt Hageus dicit. Qđ Chūs ibi pontifex, Apłi autē velut p̄sbyteri, qđ Chūs ibi oblatas Sp̄m sanctū misit. Et breuiter hinc, in omnē terrā exiuit verbū dei, hinc oēs ecclesie. Nec est vilius tā impudens frons, qui possit negare hęc esse vere Matrē Ecclesiarū oīm, fontem, radicē, ac matricem, etiā Ro: Ecclesie. Si ergo hęc nō habet primatū, imo vix quātum ei

dederunt, q̄to minus Romana habet, quę est eius discipula? Dicat  
aduersus hęc aliquid qui pot̄.

Duo decima. Cōciliū Nicenū, vt scribit li. x. c. vi. hist. eccle. statuit  
arti: vi. in hęc modū. Et apud Alexandriam, vel in vrbe Roma, ves  
tuta consuetudo seruet̄, vt vel ille Aegypti, vel hic suburbanę Ec  
clesiarū sollicitudinē gerat. Responde, hoc Cōciliū oīm fere facer  
rimū est. Et ecce, nō mō nō primatū & monarchiā Romāo dat pon  
tifici, sed ex vetusta cōsuetudine, nō iure diuino tribuit sollicitudinē,  
Italicarū & suburbanarū Ecclesiarū. Atq; hęc in p̄positione mea te  
tigi, q̄n dixi, q̄ cōtra frigidissima decreta, staret decretū hui⁹ Cōcilij.

Si ergo sum hereticus, Age, tollāt primū hoc Cōcilium. cui me  
ip̄a q̄q; decreta, tāq̄ Euangelio cogūt obedire, Nō possum duobus  
dn̄is seruire cōtrariis.

Terciadecima. Idē Nicenū Cōciliū statuit, nō a Ro: Ep̄o, om̄es  
Ep̄os ordinari, sed a puincialib⁹ Ep̄is dicēs. Et vt si forte i ordinādo  
Ep̄o, duo vel tres, p̄ aliqua cōtētiōe dissentiat, reliquorū autoritas  
& p̄cipue Metropolitanī cū ceteris firmior habeat. Obsecro, q̄d am  
plius facere debeo? Nō satis est q̄ Ro: pontifici om̄ia q̄ sibi arrogat, li  
bens credo: debeo insūp̄ pbare, q̄ hęc decreta sunt cōtēpta & irritata  
hūano vnus Ep̄i arbitrio?

Quartadecima. Idē Nicenū Cōciliū, Ep̄o Hierosolymitano, nō  
Romano tribuit honoris primatū, dicens ibidē, Et vt Ep̄o Hieros  
lymorū antiquitus tradita honoris p̄rogatiua seruet̄, manēte nihil o  
minus, & Metropolitanī ip̄ius prouincię dignitate, Doce me lector,  
quid faciendū sit? q̄n nō satis est, me hodierno tpe cōfiteri Ro. pon  
tificē esse primū, nisi mentiar q̄q; & negem aliū antiquitus fuisse pri  
mū, & tanti Cōcilij autoritati resistam?

Quintadecima. Si Ro: Ecc̄ia est prima, p̄pter primū Apl'm Pe  
trū, eadē necessitate cōfitehimur & Cōpostellanā Ecclesiā esse secūdā,  
p̄pter Apl'm sanctū Iacobū, & Ephesinā terciā, p̄pter Apl'm terciū,  
Iohannē, & sic per ordinē Apl'orū. At iste ordo nūquid seruatur?  
quo iure ergo solus Petrus primā facit Ecclesiā, nisi hūano? Cur ergo  
Cōstantinopolitana, q̄ nullū habet Apl'm, p̄fertur scđo loco Com  
postellanę? Cur Alexandrina q̄ & ip̄a nullū habet apl'm, p̄ferit Ephe  
sine? Cur Antiochena sine Apl'o p̄fertur Edissē, quę Apl'm Tho  
mā habet? Cur Hierosolymitana, his omnib⁹ quinto loco postpo  
nitur, q̄ Christū, Petrum, Iacobum, Iohannē, item Iacobū colūnas  
(vt Paulus Galat. ij. scribit) habuit, & vniuersos discipulos? vides q̄  
sit nulla ratio? q̄ Christus studiose huius primatus ambitionē p̄s  
uenit, & causas eiusdē penitus confudit.

Decimasexta. Si ad solos Petri successores pertinet verbū Chri, Tu es Petrus, & pasce oues, pari sequela cōcludetur, Solus Iohannis successores esse filios Marię in cruce cōmendatos, solo plus ceteris dilectos, quia hūc solū in cruce allocutus matri cōmendauit, ergo ab Ephesinis Ep̄is accipiūt ceteri, vt sint filij Eccl̄ię & Marię. Item Soli successores Iacobi & Iohānis essent filij Tonitruī, & soli successores Iacobi minoris, sint fratres dñi, Et cōno oīm, ad quos Chrus semel locutus est, successores haberēt eadē iure diuino, Quo quid vanius dici potest?


In fine dico. Me nescire an Chriana fides pati possit, qđ in terris aliud Caput Eccl̄ię vniuersalis statuit, p̄ter Chm, sum qui Chriſtū in eccl̄iam triumphantem reijcitur, vt Ro: pont. militantis Eccl̄ię caput constituūt, cōtra expressum Euangeliū Matthei vltio. Ecce ego vobiscū sum, vsq; ad cōsumationē sculi. Et illud Act. ix. Saule Saule, quid me p̄sequeris: Ideo em̄ regnū fidei Eccl̄ia vocat. Q; rex noster nō videt, sed credit, Sicut i. Cor. xv. dicit. Oportet illū regnare, dos nec ponat inimicos suos scabellū pedū suoz. Et tūc tradet regnū deo & patri. At hi, regnū rerū p̄sentū faciūt, dū visibile caput erigunt. Nā & mortuo pontifice, Eccl̄ia nō est sine capite, cur ergo viuo pontifice, Chrus nō p̄ capite solus habet? An viuo pontifici cedit & mortuo succedit, velut quidā alternus pontifex? Si autē & viuo pontifice. Caput ē, vt quid duo capita in Eccl̄ia statuimus?

¶ Cōcludo. Om̄s sacerdos in articulo mortis & necessitatis est Ep̄us, est papa, habens plenissimā plenitudinē p̄tatis super cōfitemē, vt tener sn̄ia cōstituto Eccl̄ię, & ex B. Cypriani ep̄lis euidenter cōiunctū, Ergo nec Papa ē Ep̄is, nec Ep̄us est superior p̄sbyteris, iure diuino tenet cōsequentiā, quia ius diuinū est imutabile, tam in vita q̄ morte.

SOLI DEO GLORIA.

s, abut  
imus,  
ddens  
li, orit  
& ad  
nostra  
r cele  
o die  
o pre  
vi, ve  
ter &  
aliter  
tiller  
no rā  
aliter  
adire  
e nro  
q̄ cū  
Decas  
enter  
udis  
Acta  
die  
Ma  
ccle  
effis  
bert  
icte  
  
Do  
curs











Th  
6116